Proconsul videns etiam ipsorum mentis stabilitatem et fidei firmitatem, dedit in eos sententiam per exceptorem, dicens sic: Speratum, Narzalem, Cittinum, Veturium, Felicem, Acyllinum, Laetantium, Januariam, Ge-

nerosam, Vestinam, Donatam et Secundam, Christianos se esse confitentes et imperatori honorem et dignitatem dare recusantes, capite truncari praecipio. Haec cum essent ex tabella recitata, Speratus et qui cum eo erant omnes dixerunt: Deo gratias conferimus, qui dignatus nos hodie martyres accipere in coelis pro confessione sua. His dictis ducti sunt; et flexis genibus unanimiter, cum iterum gratias Christo agerent, truncata sunt singulorum capita.

Consummati sunt Christi martyres mense Julio, die septimo decimo et intercedunt pro nobis ad Dominum Jesum Christum, cui honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

XIV.

ACTA PERPETUAE ET FELICITATIS.

(Ex Th. Ruinarti Actis sinceris p. 90. sqq.)

Sanctae hae mulieres eodem fere tempore eodemque loco passae sunt, quo martyres Scillitanos consummatos esse enarravimus. Acta Perpetuae et Felicitatis genuina esse videntur; certe satis antiqua sunt, atque ex parte Perpetuae verba con-

continent: quae sua manu conscripserat, quaeque autor actorum narrationi inseruit. Non sine causa censent quidam autorem actorum Perpetuae et Felicitatis fuisse e sectatoribus Montani; laudat enim in praefatione novas prophetias et visiones. Tertull. de anima 55. mentionem facit Perpetuae et sociarum.

Praefatio.

Si vetera fidei exempla, et Dei gratiam testificantia, et aedificationem hominis operantia, propterea in literis sunt digesta, ut lectione eorum, quasi repensitatione rerum, et Deus honoretur et homo confortetur; cur non et nova documenta aeque utrique causae convenientia et digerantur? vel quia et haec vetera futura quandoque sunt et necessaria posteris, si in praesenti suo tempore minori deputantur autoritati, propter praesumtam venerationem antiquitatis. Sed viderint qui unam virtutem Spiritus unius sancti, pro aetatibus judicent temporum; cum majora reputanda sint novitiora quaeque ut novissimiora [1]), secundum exuberationem gratiae in ultima seculi spatia decreta. In novissimis enim diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super om-

1) novissimiora; ita quoque in Tertulliano occurrit: extremiora, extremissima.

nem carnem et prophetabunt filii filiaeque eorum et super servos et ancillas meas de meo Spiritu effundam; et juvenes visiones videbunt et senes somnia somniabunt. Itaque et nos, qui sicut prophetias ita et visiones novas pariter repromissas et agnoscimus et honoramus, ceterasque virtutes Spiritus sancti ad instrumentum ecclesiae deputamus, cui et missus est, idem omnia donativa administrans in omnibus, prout unicuique distribuit Dominus, necessario et digerimus et ad gloriam Dei lectione celebramus, ut ne qua aut imbecillitas, aut desperatio fidei apud veteres tantum aestimet gratiam divinitatis conversatam 2), sive martyrum sive in revelationum dignatione: cum semper Deus operetur quae repromisit non credentibus in testimonium, credentibus in beneficium. Et nos itaque quod audivimus et contrectavimus, annuntiamus et vobis, fratres et filioli, ut et vos qui interfuistis rememoremini gloriae Domini; et qui nunc cognoscitis per auditum, communionem habeatis cum sanctis martyribus et per illos cum Domino Jesu Christo, cui est claritas et honor in secula seculorum. Amen.

Incipit passio.

Apprehensi sunt adolescentes catechumeni: Revocatus et Felicitas conserva ejus, Sa-

2) conversatam; potius legendum videtur: conservatam.

turninus et Secundulus. Inter quos et Vivia Perpetua, honeste nata, liberaliter instituta, matronaliter nupta, habens patrem et matrem et fratres duos, alterum aeque catechumenum et filium infantem ad ubera. Erat autem ipsa annorum circiter viginti duorum. Haec ordinem totum martyrii sui jam hinc ipsa narrabit, sic ut conscriptum manu sua et suo sensu reliquit.

Cum adhuc, inquit, cum persecutoribus essemus et me pater vertere et dejicere pro sua affectione perseveraret: pater, inquio, vides verbi gratia vas hoc jacens urceolum sive aliud? et dixit: video. Et ego dixi ei: num quid alio nomine vocari potest, quam quod est? et ait: non. Sic et ego aliud me dicere non possum, nisi quod sum Christiana. Tunc pater motus in hoc verbo, misit se in me ut oculos mihi erueret, sed vexavit tantum et profectus est victus cum argumentis diaboli. Tunc paucis diebus, quod caruissem patre, Domino gratias egi et refrigeravit absentia illius. In ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus, mihi autem Spiritus dictavit, nihil aliud petendum in aqua nisi sufferentiam carnis. Post paucos dies recipimur in carcerem et expavi quia numquam experta eram tales tenebras. O diem asperum! aestus validus 3)

3) In textum recepi conjecturam Lucae Holstenii. Codd. MSS. legunt: validus, quae vero lectio sine sensu est.

turbarum beneficio, concussurae militum. Novissime macerabar sollicitudine infantis. Ibi tunc Tertius et Pomponius benedicti diacones qui nobis ministrabant, constituerunt pretio, ut paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigeraremus. Tunc exeuntes de carcere universi sibi vacabant. Ego infantem lactabam jam inedia defectum. Sollicita pro eo adloquebar matrem et confortabam fratrem, commendabam filium. Tabescebam ideo quod illos tabescere videram mei beneficio. Tales sollicitudines multis diebus passa sum et usurpavi, ut mecum infans in carcere maneret et statim convalui et relevata sum a labore et sollicitudine infantis, et factus est mihi carcer subito quasi praetorium, ut ibi mallem esse quam alibi.

Tunc dixit mihi frater meus: Domina soror jam in magna dignitate es, et tanta ut postules visionem et ostendatur tibi an passio sit an commeatus. Et ego quae me sciebam fabulari cum Domino, cujus beneficia tanta experta eram, confidenter repromisi ei dicens: crastina die tibi renuntiabo. Et postulavi et ostensum est mihi hoc: video scalam auream mirae magnitudinis, pertingentem usque ad coelum et ita angustam, per quam non nisi singuli adscendere possent, et in lateribus scalae omne genus ferramentorum infixum. Erant ibi gladii, lanceae, hami, machaerae, ut si quis negligenter aut non sursum attendens adscen-

deret, laniaretur et carnes ejus inhaererent ferramentis. Et erat sub ipsa scala draco cubans mirae magnitudinis, qui adscendentibus insidias parabat et exterrebat ne adscenderent. Adscendit autem Saturus prior, qui postea se propter nos ultro tradiderat et tunc cum apprehensi sumus praesens non fuerat et pervenit in caput scalae et convertit se ad me et dixit mihi: Perpetua, sustineo te; sed vide ne te mordeat draco ille. Et dixi ego: non me nocebit in nomine Jesu Christi. Et de sub ipsa scala quasi timens me lente elevavit caput et cum primum gradum calcassem, calcavi illius caput. Et adscendi et vidi spatium horti immensum et in medio horti sedentem hominem canum in habitu pastoris, grandem, oves mulgentem et circumstantes candidatos millia multa. Et levavit caput et adspexit me et dixit mihi: bene venisti, tecnon. Et clamavit me et de caseo, quod mulgebat, dedit mihi quasi buccellam et ego accepi junctis manibus et manducavi et universi circumstantes dixerunt: Amen.

Et ad sonum vocis experrecta sum; commanducans adhuc dulcis nescio quid.

Et retuli statim fratri meo et intelleximus passionem esse futuram et coepimus nullam jam spem in seculo habere.

Post paucos dies rumor cucurrit ut audiremur. Supervenit autem et de civitate pater meus, consumtus taedio, adscendit ad me,

cum moreretur habuit. Hic Dinocrates fuerat frater meus carnalis, annorum septem, qui per infirmitatem facie cancerata male obiit, ita ut mors ejus odio fuerit omnibus hominibus. Pro hoc ego orationem feceram: et inter me et illum grande erat diadema, ita ut uterque ad invicem accedere non possemus. Erat deinde in ipso loco ubi Dinocrates erat, piscina plena aqua, altiorem marginem habens, quam erat statura pueri, et extendebat se Dinocrates, quasi bibiturus. Ego dolebam, quod et piscina illa aquam habebat, et tamen propter altitudinem marginis bibiturus non esset. Et experrecta sum, et cognovi fratrem meum laborare. Sed confidebam, profuturam orationem meam labori ejus, et orabam pro eo omnibus diebus, quo usque transivimus in carcerem Castrensem. Munere enim Castrensi eramus pugnaturi. Natale tunc Getae [4]) Caesaris, et feci pro illo orationem die et nocte gemens et lacrymans ut mihi donaretur.

Die autem quo in nervo mansimus, ostensum est mihi hoc: Video locum illum quem videram tenebrosum, esse lucidum: et Dinocratem mundo corpore, bene vestitum, refrigerantem. Et ubi erat vulnus, video cicatricem: et piscinam illam, quam retro videram,

4) Geta, Sept. Severi filius, regnante patre jam Caesar, cum fratre Caracalla postea Augustus, a fratre occisus est.

summisso margine usque ad umbilicum pueri: et aquam de ea trahebat sine cessatione, et super margine phiala erat plena aqua; et accessit Dinocrates, et de ea bibere coepit; quae phiala non deficiebat. Et satiatus abscessit de aqua ludere more infantium gaudens, et experrecta sum. Tunc intellexi translatum eum esse de poena.

Deinde post dies paucos Pudens, miles optio, praepositus carceris, qui nos magni facere coepit intelligens magnam virtutem Dei esse in nobis, multos fratres ad nos admittebat, ut et nos et illi invicem refrigeraremus. Ut autem proximavit dies muneris, intravit pater meus consumtus taedio, et coepit barbam suam evellere, et se in terram mittere, et prosternere se in faciem, et improperare annis suis, et dicere tanta verba, quae moverent universam creaturam. Ego dolebam pro infelici senecta ejus.

Pridie quam pugnaremus, video in oromate huc venisse Pomponium diaconum ad ostium carceris, et pulsare vehementer; exivi ad eum, et aperui ei qui erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices calliculas. Et dixit mihi: Perpetua te exspectamus, veni. Et tenuit mihi manum, et coepimus ire per aspera loca et flexuosa. Vix tandem pervenimus anhelantes ad amphitheatrum, et induxit me in media arena, et dixit mihi: Noli pavere, hic sum tecum, et conlaboro tecum, et

summisso margine usque ad umbilicum pueri: et aquam de ea trahebat sine cessatione, et super margine phiala erat plena aqua; et accessit Dinocrates, et de ea bibere coepit; quae phiala non deficiebat. Et satiatus abscessit de aqua ludere more infantium gaudens, et experrecta sum. Tunc intellexi translatum eum esse de poena.

Deinde post dies paucos Pudens, miles optio, praepositus carceris, qui nos magni facere coepit intelligens magnam virtutem Dei esse in nobis, multos fratres ad nos admittebat, ut et nos et illi invicem refrigeraremus. Ut autem proximavit dies muneris, intravit pater meus consumtus taedio, et coepit barbam suam evellere, et se in terram mittere; et prosternere se in faciem, et improperare annis suis, et dicere tanta verba, quae moverent universam creaturam. Ego dolebam pro infelici senecta ejus.

Pridie quam pugnaremus, video in oromate huc venisse Pomponium diaconum ad ostium carceris, et pulsare vehementer; exivi ...eum, et aperui ei qui erat vestitus distin-
... candidam, habens multiplices calliculas.
...it mihi: Perpetua te exspectamus, veni.
... mihi manum, et coepimus ire per
...t flexuosa. Vix tandem perveni-
...nphitheatrum, et induxit
dixit mihi: Noli pave-
; conlaboro tecum, et

abiit. Et adspicio populum ingentem attonitum. Et quia sciebam, me ad bestias datam esse; mirabar quod non mitterentur mihi bestiae. Et exivit quidam contra me Aegyptius, foedus specie, cum adjutoribus suis pugnaturus mecum. Veniunt et ad me adolescentes decori adjutores et favitores mei, et exspoliata sum, et facta sum masculus. Et coeperunt me favitores mei oleo defrigere, quomodo solent in agonem, et illum contra Aegyptium video in afa [5]) volutantem. Et exivit vir quidam mirae magnitudinis, ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctum habens tunicam et purpuram inter duos clavos per medium pectus habens et callicculas multiformes ex auro et argento factas, et ferens virgam, quasi lanista, et ramum viridem, in quo erant mala aurea. Et petiit silentium, et dixit: Hic Aegyptius si hanc vicerit, occidet illam gladio, et si hunc vicerit, accipiet ramum istum; et recessit. Et accessimus ad invicem, et coepimus mittere pugnos. Ille mihi pedes apprehendere quaerebat: ego autem illi calcibus faciem caedebam; et sublata sum in aëre, et coepi eum sic caedere, quasi terram concalcans. At ubi vidi moram fieri, junxi manus, ita ut digitos in digitos mitterem. Et apprehendi illi caput, et cecidit in

---

5) Afa. Scribitur etiam apha sive hapha et vox graeca est ἁφή, pulvis quo pugiles inspergebantur.

faciem; et calcavi illi caput. Et coepit populus clamare, et favitores mei psallere. Et accessi ad lanistam et accepi ramum. Et osculatus est me, et dixit mihi: Filia pax tecum. Et coepi ire cum gloria ad portam Sanavivariam. Et experrecta sum: et intellexi me non ad bestias, sed contra diabolum esse pugnaturam; sed sciebam, mihi victoriam imminere. Hoc usque in pridie muneris egi: ipsius autem muneris actum, si quis voluerit, scribat.

Sed et Saturus benedictus hanc visionem suam edidit, quam ipse conscripsit. Passi, inquit, eramus, ut exivimus de carne et coepimus ferri a quatuor Angelis in Orientem, quorum manus nos non tangebant. Ibamus autem non supini sursum versi, sed quasi mollem clinum adscendentes. Et liberati primam jam vidimus lucem immensam, et dixi: Perpetua, (erat enim haec in latere meo) hoc est, quod nobis Dominus promittebat: percepimus promissionem. Et dum gestamur ab ipsis quatuor Angelis, factum est nobis spatium grande, quod tale fuit quasi viridarium, arbores habens rosae, et omne genus floris. Altitudo autem arborum erat in modum cypressi, quarum folia cadebant sine cessatione. Ibi autem in viridario, alii quatuor Angeli fuerunt clariores ceteris, qui ubi viderunt nos, honorem nobis dederunt, et dixerunt ceteris Angelis: Ecce sunt, ecce sunt! cum admiratione. Et expavescentes quatuor illi Angeli,

qui gestabant nos, deposuerunt nos, et pedibus nostris transivimus stadium via lata. Ibi invenimus Jocundum et Saturninum et Artaxium, qui eandem persecutionem passi vivi arserunt; et Quintum, qui et ipse martyr in carcere exierat: et quaerebamus ab illis, ubi essent ceteri. Dixerunt autem nobis Angeli: Venite prius, introite, et salutate Dominum.

Et venimus prope locum, cujus loci parietes tales erant, quasi de luce aedificati; et ante ostium loci illius quatuor Angeli stabant, qui introeuntes vestierunt stolas candidas. Et nos vestiti, introivimus, et vidimus lucem immensam, et audivimus vocem unitam dicentium: Agios, agios, agios, sine cessatione. Et vidimus in medio loci illius sedentem quasi hominem canum, niveos habentem capillos, et vultu juvenili, cujus pedes non vidimus. Et in dextra, et in sinistra seniores viginti quatuor, et post illos ceteri complures stabant. Introivimus cum magna admiratione, et stetimus ante thronum; et quatuor Angeli sublevaverunt nos: et osculati sumus illum, et de manu sua trajecit nobis in facie. Et ceteri seniores dixerunt nobis: Stemus. Et stetimus, et pacem fecimus. Et dixerunt nobis seniores: Ite et ludite. Et dixi: Perpetua, habes, quod vis? Et dixit mihi: Deo gratias, ut quomodo in carne hilaris fui, hilarior sum et hic modo.

Et exivimus, et vidimus ante fores Opta-

tum episcopum ad dextram, et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram, separatos et tristes; et miserunt se ad pedes nobis, et dixerunt nobis: Componite inter nos, quia existes, et sic nos relinquitis. Et diximus illis: Non tu es Papa noster, et tu Presbyter, ut quid vos ad pedes nostros mittatis? et misimus nos, et complexi illos sumus. Et coepit Perpetua cum illis loqui, et segregavimus eos in viridario sub arbore rosae. Et dum loquimur cum eis, dixerunt illis Angeli: Sinite illos, refrigerent; et si quos habetis inter vos dissensiones, dimittite vobis invicem; et conturbaverunt eos. Et dixerunt Optato: Corrige plebem tuam; quia sic ad te conveniunt, quasi de circo redeuntes, et de factionibus certantes. Et sic nobis visum est, quasi vellent claudere portas. Et coepimus illic multos fratres cognoscere, sed et martyres. Universi odore inenarrabili alebamur, qui nos satiabat. Tunc gaudens experrectus sum.

Hae visiones insigniores ipsorum martyrum beatissimorum Saturi et Perpetuae, quas ipsi conscripserunt. Secundulum vero Deus maturiore exitu de seculo, adhuc in carcere evocavit, non sine gratia, ut bestias lucraretur. Gaudium tamen etsi non anima, certe caro ejus agnovit.

Circa Felicitatem vero (nam et illi gratia Domini ejusmodi contigit) cum octo jam mensium suum ventrem haberet (nam praegnans

turbarum beneficio, concussurae militum. Novissime macerabar sollicitudine infantis ibi. Tunc Tertius et Pomponius benedicti diacones qui nobis ministrabant, constituerunt pretio, ut paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigeraremus. Tunc exeuntes de carcere universi sibi vacabant. Ego infantem lactabam jam inedia defectum. Sollicita pro eo adloquebar matrem et confortabam fratrem, commendabam filium. Tabescebam ideo quod illos tabescere videram mei beneficio. Tales sollicitudines multis diebus passa sum et usurpavi, ut mecum infans in carcere maneret et statim convalui et relevata sum a labore et sollicitudine infantis, et factus est mihi carcer subito quasi praetorium, ut ibi mallem esse quam alibi.

Tunc dixit mihi frater meus: Domina soror jam in magna dignitate es et tanta ut postules visionem et ostendatur tibi an passio sit an commeatus. Et ego quae me sciebam fabulari cum Domino, cujus beneficia tanta experta eram, confidenter repromisi ei dicens: Crastina die tibi renuntiabo. Et postulavi et ostensum est mihi hoc: video scalam auream mirae magnitudinis, pertingentem usque ad coelum et ita angustam, per quam non nisi singuli adscendere possent, et in lateribus scalae omne genus ferramentorum infixum. Erant ibi gladii, lanceae, hami, machaerae, ut si quis negligenter aut non sursum attendens adscen-

deret, laniaretur et carnes ejus inhaererent ferramentis. Et erat sub ipsa scala draco cubans mirae magnitudinis, qui adscendentibus insidias parabat et exterrebat ne adscenderent. Adscendit autem Saturus prior, qui postea se propter nos ultro tradiderat et tunc cum apprehensi sumus praesens non fuerat et pervenit in caput scalae et convertit se ad me et dixit mihi: Perpetua, sustineo te; sed vide ne te mordeat draco ille. Et dixi ego: non me nocebit in nomine Jesu Christi. Et de sub ipsa scala quasi timens me lente elevavit caput et cum primum gradum calcassem, calcavi illius caput. Et adscendi et vidi spatium horti immensum et in medio horti sedentem hominem canum in habitu pastoris, grandem, oves mulgentem et circumstantes candidatos millia multa. Et levavit caput et adspexit me et dixit mihi: bene venisti, tecnon. Et clamavit me et de caseo, quod mulgebat, dedit mihi quasi buccellam et ego accepi junctis manibus et manducavi et universi circumstantes dixerunt: Amen.

Et ad sonum vocis experrecta sum; commanducans adhuc dulcis nescio quid.

Et retuli statim fratri meo et intelleximus passionem esse futuram et coepimus nullam jam spem in seculo habere.

Post paucos dies rumor cucurrit ut audiremur. Supervenit autem et de civitate pater meus, consumtus taedio, adscendit ad me,

ut me dejiceret, dicens: Miserere, filia, canis meis; miserere patri, si dignus sum, a te pater vocari. Si his te manibus ad hunc florem aetatis pronexi; si te praeposui omnibus fratribus tuis, ne me dederis in dedecus hominum. Adspice ad fratres tuos, adspice ad matrem tuam et materteram, adspice ad filium tuum, qui post te vivere non poterit. Depone animos, ne universos nos extermines. Nemo enim nostrum libere loquetur, si tu aliquid fueris passa. Haec dicebat pater pro sua pietate basians mihi manus; et se ad pedes meos jactans, et lacrymis non filiam sed dominam me vocabat. Et ego dolebam canos patris mei, quod solus de passione mea gavisurus non esset de toto genere meo; et confortavi eum, dicens: Hoc fiet in illa catasta quod Deus voluerit. Scito enim, nos non in nostra potestate esse constitutos, sed in Dei. Et recessit a me contristatus.

Alio die cum pranderemus, subito rapti sumus, ut audiremus, et peruenimus ad forum. Rumor statim per vicinas fori partes cucurrit, et factus est populus immensus. Adscendimus in catasta. Interrogati ceteri confessi sunt. Ventum est et ad me, et apparuit pater illico cum filio meo, et extraxit me de gradu, et dixit supplicans. Miserere infanti. Et Hilarianus Procurator, qui hunc loco Proconsulis Minucii Timiniani defuncti jus gladii acceperat: parce, inquit, canis patris tui;

parce infantiae pueri. Fac sacrum pro salute imperatorum. Et ego respondi: non facio. Hilarianus, Christiana es? inquit. Et ego respondi: Christiana sum. Et cum staret pater ad me dejiciendam, jussus est, ab Hilariano dejici, et virga percussus est. Et doluit mihi casus patris mei, quasi ego fuissem percussa: sic dolui pro senecta ejus misera. Tunc nos universos pronuntiat, et damnat ad bestias, et hilares descendimus ad carcerem. Tunc quia consueverat, a me infans mammas accipere, et mecum in carcere manere; statim mitto ad patrem Pomponium diaconum, postulans infantem: sed pater dare noluit, et quomodo Deus voluit, neque ille amplius mammas desideravit, neque mihi fervorem fecerunt, ne solicitudine infantis et dolore mammarum macerarer.

Post dies paucos, dum universi eramus, subito media oratione profecta est mihi vox, et nominavi Dinocratem: et obstupui quod nunquam mihi in mentem venisset nisi tunc, et dolui commemorata casus ejus. Et cognovi me statim dignam esse, et pro eo petere debere. Et coepi pro ipso orationem facere multum, et ingemiscere ad Dominum. Continuo ipsa nocte ostensum est mihi hoc in oromate: Video Dinocratem exeuntem de loco tenebroso, ubi et complures erant, aestuantem et sitientem valde, sordido vultu, et colore pallido, et vulnus in facie ejus quod

cum moreretur habuit. Hic Dinocrates fuerat frater meus carnalis, annorum septem, qui per infirmitatem facie cancerata male obiit, ita ut mors ejus odio fuerit omnibus hominibus. Pro hoc ego orationem feceram: et inter me et illum grande erat diadema, ita ut uterque ad invicem accedere non possemus. Erat deinde in ipso loco ubi Dinocrates erat, piscina plena aqua, altiorem marginem habens, quam erat statura pueri, et extendebat se Dinocrates, quasi bibiturus. Ego dolebam, quod et piscina illa aquam habebat, et tamen propter altitudinem marginis bibiturus non esset. Et experrecta sum, et cognovi fratrem meum laborare. Sed confidebam, profuturam orationem meam labori ejus, et orabam pro eo omnibus diebus, quo usque transivimus in carcerem Castrensem. Munere enim Castrensi eramus pugnaturi. Natale tunc Getae [4]) Caesaris, et feci pro illo orationem die et nocte gemens et lacrymans ut mihi donaretur.

Die autem quo in nervo mansimus, ostensum est mihi hoc: Video locum illum quem videram tenebrosum, esse lucidum: et Dinocratem mundo corpore, bene vestitum, refrigerantem. Et ubi erat vulnus, video cicatricem: et piscinam illam, quam retro videram,

---

4) Geta, Sept. Severi filius, regnante patre jam Caesar, cum fratre Caracalla postea Augustus, a fratre occisus est.

summisso margine usque ad umbilicum pueri: et aquam de ea trahebat sine cessatione, et super margine phiala erat plena aqua; et accessit Dinocrates, et de ea bibere coepit; quae phiala non deficiebat. Et satiatus abscessit de aqua ludere more infantium gaudens, et experrecta sum. Tunc intellexi translatum eum esse de poena.

Deinde post dies paucos Pudens, miles optio, praepositus carceris, qui nos magni facere coepit intelligens magnam virtutem Dei esse in nobis, multos fratres ad nos admittebat, ut et nos et illi invicem refrigeraremus. Ut autem proximavit dies muneris, intravit pater meus consumtus taedio, et coepit barbam suam evellere, et se in terram mittere; et prosternere se in faciem, et improperare annis suis, et dicere tanta verba, quae moverent universam creaturam. Ego dolebam pro infelici senecta ejus.

Pridie quam pugnaremus, video in oromate huc venisse Pomponium diaconum ad ostium carceris, et pulsare vehementer; exivi ad eum, et aperui ei qui erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices calliculas. Et dixit mihi: Perpetua te exspectamus, veni. Et tenuit mihi manum, et coepimus ire per aspera loca et flexuosa. Vix tandem pervenimus anhelantes ad amphitheatrum, et induxit me in media arena, et dixit mihi: Noli pavere, hic sum tecum, et conlaboro tecum, et

abiit. Et adspicio populum ingentem attonitum. Et quia sciebam, me ad bestias datam esse, mirabar quod non mitterentur mihi bestiae. Et exivit quidam contra me Aegyptius, foedus specie, cum adjutoribus suis pugnaturus mecum. Veniunt et ad me adolescentes decori adjutores et favitores mei, et exspoliata sum, et facta sum masculus. Et coeperunt me favitores mei oleo defrigere, quomodo solent in agonem, et illum contra Aegyptium video in afa [5]) volutantem. Et exivit vir quidam mirae magnitudinis, ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctum habens tunicam et purpuram inter duos clavos per medium pectus habens et calliculas multiformes ex auro et argento factas, et ferens virgam, quasi lanista, et ramum viridem, in quo erant mala aurea. Et petiit silentium, et dixit: Hic Aegyptius si hanc vicerit, occidet illam gladio, et si hunc vicerit, accipiet ramum istum; et recessit. Et accessimus ad invicem, et coepimus mittere pugnos. Ille mihi pedes apprehendere quaerebat: ego autem illi calcibus faciem caedebam; et sublata sum in aëre, et coepi eum sic caedere, quasi terram concalcans. At ubi vidi moram fieri, junxi manus, ita ut digitos in digitos mitterem. Et apprehendi illi caput, et cecidit in

---

5) Afa. Scribitur etiam apha sive hapha et vox graeca est ἁφή, pulvis quo pugiles inspergebantur.

faciem; et calcavi illi caput. Et coepit populus clamare, et favitores mei psallere. Et accessi ad lanistam et accepi ramum. Et osculatus est me, et dixit mihi: Filia pax tecum. Et coepi ire cum gloria ad portam Sanavivariam. Et experrecta sum: et intellexi me non ad bestias, sed contra diabolum esse pugnaturam; sed sciebam, mihi victoriam imminere. Hoc usque in pridie muneris egi: ipsius autem muneris actum, si quis voluerit, scribat.

Sed et Saturus benedictus hanc visionem suam edidit, quam ipse conscripsit. Passi, inquit, eramus, ut exivimus de carne et coepimus ferri a quatuor Angelis in Orientem, quorum manus nos non tangebant. Ibamus autem non supini sursum versi, sed quasi mollem clinum adscendentes. Et liberati primam jam vidimus lucem immensam, et dixi: Perpetua, (erat enim haec in latere meo) hoc est, quod nobis Dominus promittebat: percepimus promissionem. Et dum gestamur ab ipsis quatuor Angelis, factum est nobis spatium grande, quod tale fuit quasi viridarium, arbores habens rosae, et omne genus floris. Altitudo autem arborum erat in modum cypressi, quarum folia cadebant sine cessatione. Ibi autem in viridario, alii quatuor Angeli fuerunt clariores ceteris, qui ubi viderunt nos, honorem nobis dederunt, et dixerunt ceteris Angelis: Ecce sunt, ecce sunt! cum admiratione. Et expavescentes quatuor illi Angeli,

qui gestabant nos, deposuerunt nos, et pedibus nostris transivimus stadium via lata. Ibi invenimus Jocundum et Saturninum et Artaxium, qui eandem persecutionem passi vivi arserunt; et Quintum, qui et ipse martyr in carcere exierat: et quaerebamus ab illis, ubi essent ceteri. Dixerunt autem nobis Angeli: Venite prius, introite, et salutate Dominum.

Et venimus prope locum, cujus loci parietes tales erant, quasi de luce aedificati; et ante ostium loci illius quatuor Angeli stabant, qui introeuntes vestierunt stolas candidas. Et nos vestiti, introivimus, et vidimus lucem immensam, et audivimus vocem unitam dicentium: Agios, agios, agios, sine cessatione. Et vidimus in medio loci illius sedentem quasi hominem canum, niveos habentem capillos, et vultu juvenili, cujus pedes non vidimus. Et in dextra, et in sinistra seniores viginti quatuor, et post illos ceteri complures stabant. Introivimus cum magna admiratione, et stetimus ante thronum; et quatuor Angeli sublevaverunt nos: et osculati sumus illum, et de manu sua trajecit nobis in facie. Et ceteri seniores dixerunt nobis: Stemus. Et stetimus, et pacem fecimus. Et dixerunt nobis seniores: Ite et ludite. Et dixi: Perpetua, habes, quod vis? Et dixit mihi: Deo gratias, ut quomodo in carne hilaris fui, hilarior sum et hic modo.

Et exivimus, et vidimus ante fores Opta-

tum episcopum ad dextram, et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram, separatos et tristes; et miserunt se ad pedes nobis, et dixerunt nobis: Componite inter nos, quia existes, et sic nos relinquitis. Et diximus illis: Non tu es Papa noster, et tu Presbyter, ut quid vos ad pedes nostros mittatis? et misimus nos, et complexi illos sumus. Et coepit Perpetua cum illis loqui, et segregavimus eos in viridario sub arbore rosae. Et dum loquimur cum eis, dixerunt illis Angeli: Sinite illos, refrigerent; et si quos habetis inter vos dissensiones, dimittite vobis invicem; et conturbaverunt eos. Et dixerunt Optato: Corrige plebem tuam; quia sic ad te conveniunt, quasi de circo redeuntes, et de factionibus certantes. Et sic nobis visum est, quasi vellent claudere portas. Et coepimus illic multos fratres cognoscere, sed et martyres. Universi odore inenarrabili alebamur, qui nos satiabat. Tunc gaudens experrectus sum.

Hae visiones insigniores ipsorum martyrum beatissimorum Saturi et Perpetuae, quas ipsi conscripserunt. Secundulum vero Deus maturiore exitu de seculo, adhuc in carcere evocavit, non sine gratia, ut bestias lucraretur. Gaudium tamen etsi non anima, certe caro ejus agnovit.

Circa Felicitatem vero (nam et illi gratia Domini ejusmodi contigit) cum octo jam mensium suum ventrem haberet (nam praegnans

fuerat apprehensa) instante spectaculi die, in magno erat luctu, ne propter ventrem differretur: quia non licet praegnantes poenae repraesentari: et ne inter aliquos postea sceleratos, sanctam et innocentem sanguinem funderet. Sed et commartyres ejus graviter contristabantur, ne tam bonam sociam, quasi comitem, solam in via ejusdem spei relinquerent. Conjuncto itaque unito gemitu, ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris. Statim post orationem dolores eam invaserunt. Et cum, pro naturali difficultate octavi mensis, in partu laborans doleret, ait illi quidam ex ministris cataractariorum[6]: quae sic modo doles, quid facies objecta bestiis, quas contempsisti, cum sacrificare noluisti? Et illa respondit: Modo ego patior quod patior, illic autem alius erit in me qui patietur pro me, quia et ego pro illo passura sum. Ita enixa est puellam, quam sibi quaedam soror in filiam educavit.

Quoniam ergo permisit, et permittendo voluit Spiritus sanctus ordinem ipsius muneris conscribi, etsi indigni ad supplementum tantae gloriae describendum, tamen quasi mandatum sanctissimae Perpetuae, immo fidei commissum ejus exsequimur, unum adjicien-

---

6) Cataractae portae robustae dicuntur, quae funibus seu catenis tolli et demitti possunt; portae ejusmodi erant in carceribus, propterea janitores carcerum dicebantur cataractarii.

tes documentum de ipsius constantia et animi sublimitate. Cum a tribuno castigatius eo tractarentur, quia ex admonitionibus hominum vanissimorum verebatur, ne subtraherentur de carcere incantationibus aliquibus magicis; in faciem respondit Perpetua, et dixit: Quid utique non permittis refrigerare noxiis nobilissimis, Caesaris scilicet, et natali ejusdem pugnaturis? Aut non tua gloria est, si pinguiores illo producantur? Horruit et erubuit tribunus; et ita jussit, illos humanius haberi, ut fratribus ejus et ceteris facultas fieret introeundi, et refrigerandi cum eis; jam et ipso optione carceris credente.

Pridie quoque cum illa coena ultima, quam liberam vocant 7), quantum in ipsis erat, non coenam liberam, sed agapen coenarent, eadem constantia ad populum verba ista jactabant, comminantes judicium Domini, contestantes passioni suae felicitatem, irridentes concurrentium curiositatem, dicente Saturo: crastinus dies satis vobis non est, quod libenter videtis, quod odistis; hodie amici, cras inimici. Notate tamen nobis facies nostras diligenter, ut recognoscatis nos in die illo judicii. Ita omnes inde attoniti discedebant: ex quibus multi crediderunt.

Illuxit dies victoriae illorum, et processe-

7) Laute coenabant ad bestias damnati, pridie quam feris darentur; quae coena libera vocabatur.

runt de carcere in amphitheatrum, quasi in coelum, hilares, vultu decori; si forte, gaudio paventes, non timore. Sequebatur Perpetua placido vultu et pedum incessu, ut matrona Christi Dei dilecta: vigorem oculorum suorum dejiciens ab omnium conspectu. Item Felicitas salvam se peperisse gaudens, ut ad bestias pugnaret, a sanguine ab obstetrice ad retiarium, lotura post partum baptismo secundo. Et cum delati essent in portam, et cogerentur habitum induere, viri quidem sacerdotum Saturni, feminae vero sacratarum Cereri, generosa illa in finem usque constantia repugnavit. Dicebant enim: Ideo ad hoc sponte pervenimus, ne libertas nostra abduceretur. Ideo animas nostras addiximus, ne tale aliquid faceremus: hoc vobiscum pacti sumus. Agnovit injustitia justitiam: concessit tribunus, ut quomodo erant, simpliciter inducerentur. Perpetua psallebat, caput jam Aegyptii calcans. Revocatus et Saturninus, et Saturus populo spectanti comminabantur de hoc. Ut sub conspectu Hilariani pervenerunt, gestu et nutu coeperunt Hilariano dicere: Tu nos, inquiunt, te autem Deus judicabit. Ad hoc populus exasperatus, flagellis eos vexari pro ordine venatorum [8]) postulavit. Et utique illi

8) Damnati venatores per ordinem dispositos transire coacti, a singulis caedebantur.

illi gratulati sunt, quod aliquid et de dominicis passionibus essent consecuti.

Sed qui dixerat: Petite et accipietis, petentibus dedit eum exitum, quem quisque desideraverat. Nam si quando inter se de martyrii sui voto sermocinabantur, Saturninus quidem omnibus bestiis velle se objici profidebatur, ut scilicet gloriosiorem gestaret coronam. Itaque in commissione spectaculi ipse et Revocatus leopardum experti, etiam super pulpitum ab urso vexati sunt. Saturus autem nihil magis quam ursum abominabatur: sed uno morsu leopardi confici se jam praesumebat. Itaque cum aper subministraretur, venator potius qui illum aprum subministraverat, subfossus ab eadem bestia, post dies muneris obiit. Saturus solummodo tractus est. Et cum ad ursum substrictus esset in ponte, ursus de cavea prodire noluit. Itaque secundo Saturus illaesus revocatur.

Puellis autem ferocissimam vaccam, ideoque praeter consuetudinem comparatam, diabolus praeparavit: sexui earum etiam de bestia aemulatus. Itaque despoliatae et reticulis indutae producebantur. Horruit populus, alteram respiciens puellam delicatam, alteram a partu recenti stillantibus mammis. Ita revocatae discinguntur. Inducitur prior Perpetua, jactata est, et concidit in lumbos; et ut conspexit tunicam a latere discissam, ad velamentum femorum adduxit, pudoris potius

memor, quam doloris. Dehinc requisita, et dispersos capillos infibulavit. Non enim decebat, martyrem dispersis capillis pati, ne in sua gloria plangere videretur. Ita surrexit, et elisam Felicitatem cum vidisset, accessit, et manum ei tradidit et sublevavit illam. Et ambae pariter steterunt, et populi duritia devicta revocatae sunt in portam Sanevivariam. Illic Perpetua a quodam tunc catechumeno, Rustico nomine, qui ei adhaerebat, suscepta, et quasi a somno expergita (adeo in spiritu et in ecstasi fuerat) circumspicere coepit, et stupentibus omnibus, ait: Quando, inquit, producimur ad vaccam illam nescio. Et cum audisset, quod jam evenerat, non prius credidit, nisi quasdam notas vexationis in corpore et habitu suo recognovisset, et illum catechumenum. Exinde arcessitum fratrem suum, et illum catechumenum allocuta est eos, dicens: In fide state, et invicem omnes diligite; et passionibus nostris ne scandalizemini.

Item Saturus in alia porta militem Pudentem exhortabatur dicens: Adsum certe, sicut promisi et praedixi: nullam usque adhuc bestiam sensi. Et nunc de tote corde credas. Ecce prodeo illo, et ab uno morsu leopardi consumor. Et statim in fine spectaculi, leopardo objectus de uno morsu ejus tanto perfusus est sanguine, ut populus revertenti illi secundi baptismatis testimonium reclamaverit: Salvum lotum, salvum lotum. Plane utique

salvus erat, qui hoc spectaculo claruerat. Tunc Pudenti militi: Vale, inquit, et memor esto fidei meae; et haec te non conturbent, sed confirment. Simulque annulum [9]) de digito ejus petiit, et vulneri suo mersam reddidit ei, hereditatem pignoris relinquens illi, et memoriam sanguinis. Exinde jam exanimis prosternitur cum ceteris ad iugulationem solito loco. Et cum populus illos in medium postularet, ut gladio penetrante in eorum corpore oculos suos comites homicidii adjungeret; ultro surrexerunt, et se quo volebat populus transtulerunt: ante jam osculati invicem, ut martyrium per solemnia pacis consummarent. Ceteri quidem immobiles, et cum silentio ferrum receperunt: multo magis Saturus, qui et prior scalam ascenderat, prior reddidit spiritum; nam et Perpetuam sustinebat. Perpetua autem, ut aliquid doloris gustaret, inter costas puncta exululavit: et errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa in iugulum suum posuit. Fortasse tanta femina aliter non potuisset occidi, quia ab immundo spiritu timebatur, nisi ipsa voluisset.

O fortissimi ac beatissimi martyres! O vere vocati et electi in gloriam Domini nostri Jesu Christi! quam qui magnificat, et honorificat, et adorat, utique et haec non minus veteribus exempla in aedificationem Ecclesiae le-

9) In textum recepi lectionem cod. Salisburgensis. Vulgo legitur: ansulam.

gere debet, ut novae quoque virtutes, unum et eundem semper Spiritum Sanctum usque adhuc operari testificentur; et omnipotentem Deum Patrem et Filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, cui est claritas et immensa potestas in secula seculorum. Amen.

XV.

DE PERSECUTIONE ALEXANDRIAE REGNANTE DECIO.

(Ex epistol. Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum episcopum. Eus. H. E. VI, 41.)

Praeter Dionysii Alex. epistolas multa de persecutione Deciana narrantur in epistolis Cypriani; neque tamen hoc loco eas adjiciendas esse censui, cum de litibus potius, de lapsis recipiendis, de schismate Felicissimi cet. agant. Habes nonnullas Cypriani epistolas in capite tertio, quae omnes tempore persecutionis Decianae et Valerianae exaratae sunt.

Οὐκ ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ προστάγματος ὁ διωγμὸς παρ᾽ ἡμῖν ἤρξατο, ἀλλὰ ὅλον ἐνιαυτὸν προὔλαβε· καὶ γὰρ [1]) φθάσας ὁ κακῶν τῇ πό-

---

1) γάρ hoc loco rectius legitur quam post praecedens ἀλλά, ubi editiones Valesiana et Strothiana habent γάρ.

λει ταύτῃ μάντις καὶ ποιητής, ὅστις ἐκεῖνος ἦν, ἐκίνησε καὶ παρώρμησε καθ' ἡμῶν τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν, εἰς τὴν ἐπιχώριον αὐτοὺς δεισιδαιμονίαν ἀναῤῥιπίσας. Οἱ δ' ἐρεθισθέντες ὑπ' αὐτοῦ καὶ πάσης ἐξουσίας εἰς ἀνοσιουργίαν λαβόμενοι, μόνην εὐσέβειαν [τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων 2)] ταύτην ὑπέλαβον, τὸ καθ' ἡμῶν φονᾶν. Πρῶτον μὲν οὖν πρεσβύτην Μετρᾶν ὀνόματι συναρπάσαντες καὶ κελεύσαντες ἄθεα λέγειν ῥήματα, μὴ πειθόμενον ξύλοις τε παίοντες τὸ σῶμα καὶ καλάμοις ὀξέσι τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κεντοῦντες, ἀγαγόντες εἰς τὸ προάστειον κατελιθοβόλησαν. Εἶτα πιστὴν γυναῖκα Κοΐντον καλουμένην ἐπὶ τὸ εἰδωλεῖον ἀγαγόντες, ἠνάγκαζον προσκυνεῖν· ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, ἐκδήσαντες τῶν ποδῶν, διὰ πάσης τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τραχέος λιθοστρώτου σύροντες, προσαῤῥασσομένην τοῖς μυλιαίοις λίθοις ἅμα καὶ μαστιγοῦντες, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγαγόντες κατέλευσαν τόπον. Εἶθ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ὥρμησαν ἐπὶ τὰς τῶν θεοσεβῶν οἰκίας καὶ οὓς ἐγνώριζον ἕκαστοι γειτνιῶντας, ἐπισπεύδοντες ἦγον, ἐσύλων τε καὶ διήρπαζον· τὰ μὲν τιμιώτερα τῶν κειμηλίων νοσφιζόμενοι, τὰ δὲ εὐτελέστερα καὶ ὅσα ἐκ ξύλων ἐπεποίητο, διαῤῥιπτοῦντες καὶ κατακαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἑαλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαν. Ἐξέκλινον δὲ καὶ ὑπανεχώ-

2) Verba uncis inclusa a scholiasta inepto adscripta videntur Valesio et Strothio.

ρουν οἱ ἀδελφοί, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων, ὁμοίως ἐκείνοις οἷς καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησε, μετὰ χαρᾶς προσεδέξαντο, καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις, πλὴν εἰ μή πού τις εἷς ἐμπεσών, μέχρι γε τούτου τὸν κύριον ἠρνήσατο. Ἀλλὰ καὶ τὴν θαυμασιωτάτην τότε παρθένον πρεσβῦτιν Ἀπολλωνίαν διαλαβόντες, τοὺς μὲν ὀδόντας ἅπαντας, κόπτοντες τὰς σιαγόνας ἐξήλασαν· πυρὰν δὲ νήσαντες πρὸ τῆς πόλεως, ζῶσαν ἠπείλουν κατακαῦσαι, εἰ μὴ συνεκφωνήσειεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα [3]). Ἡ δ' ὑποπαραιτησαμένη βραχὺ καὶ ἀνεθεῖσα, συντόνως ἐπεπήδησεν εἰς τὸ πῦρ καὶ καταπέφλεκται. Σεραπίωνά τε καταλαβόντες ἐφέστιον, σκληραῖς βασάνοις αἰκισάμενοι καὶ πάντα τὰ ἄρθρα διακλάσαντες, ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου πρηνῆ κατέρριψαν. Οὐδεμία δὲ ὁδός, οὐ λεωφόρος, οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν, οὐ νύκτωρ, οὐ μεθημέραν, ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάντων κεκραγότων, εἰ μὴ τὰ δύσφημά τις ἀνυμνοίη ῥήματα, τοῦτον δ' εὐθέως δεῖν σύρεσθαί τε καὶ πίμπρασθαι. Καὶ ταῦτ' ἐπιπολὺ μὲν τοῦτον ἤκμασε τὸν τρόπον. Διαδεξαμένη δὲ τοὺς ἀθλίους ἡ στάσις καὶ ὁ πόλεμος ὁ ἐμφύλιος, τὴν καθ' ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ἔτρεψε. Καὶ σμικρὸν μὲν προσανεπνεύσαμεν, ἀσχολίαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς θυμοῦ λαβόντων, εὐθέως δὲ ἡ τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς εὐμενεστέρας ἡμῖν μεταβολὴ

---

3) Aliis locis ait Dionysius ῥήματα δύσφημα sive ἀθέους φωνάς. Significatur: Christo maledicere et clamare: αἶρε τοὺς ἀθέους.

διήγγελται 4), καὶ πολὺς ὁ τῆς ἐφ' ἡμᾶς ἀπειλῆς φόβος ἀνετετείνετο. Καὶ δὴ παρῆν τὸ πρόσταγμα, αὐτὸ σχεδὸν ἐκεῖνο οἷον τὸ προρρηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀποφαῖνον τὸ φοβερώτατον, ὡς εἰ δυνατὸν σκανδαλίζειν καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Πλὴν πάντες γε κατεπτήχεσαν· καὶ πολλοὶ μὲν εὐθέως τῶν περιφανεστέρων, οἱ μὲν ἀπήντων δεδιότες· οἱ δὲ δημοσιεύοντες ὑπὸ τῶν πράξεων ἤγοντο 5)· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἐφείλκοντο, ὀνομαστί τε καλούμενοι ταῖς ἀνάγνοις καὶ ἀνιέροις θυσίαις προσῄεσαν· οἱ μὲν ὠχριῶντες καὶ τρέμοντες, ὥσπερ οὐ θύσοντες, ἀλλ' αὐτοὶ θύματα καὶ σφάγια τοῖς εἰδώλοις ἐσόμενοι, ὡς ὑπὸ πολλοῦ τοῦ περιεστῶτος δήμου γέλωτα αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι, καὶ δήλους μὲν εἶναι πρὸς πάντας, δειλοὺς ὑπάρχοντας καὶ πρὸς τὸ τεθνάναι καὶ πρὸς τὸ θῦσαι· οἱ δέ τινες ἑτοιμότερον τοῖς βωμοῖς προσέτρεχον, ἰσχυριζόμενοι τῇ θρασύτητι, τὸ μηδὲ πρότερον χριστιανοὶ γεγονέναι· περὶ ὧν ἡ τοῦ κυρίου πρόρρησις ἀληθεστάτη, ὅτι δυσκόλως σωθήσονται. Τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν εἵποντο τούτοις ἑκατέροις, οἱ δὲ ἔφευγον, οἱ δὲ ἡλίσκοντο· καὶ τούτων οἱ μὲν ἄχρι δεσμῶν καὶ φυλακῆς χωρήσαντες, καί τινες καὶ πλείονας ἡμέρας καθειρχθέντες, εἶτα καὶ πρὶν εἰς δικαστήριον εἰσελθεῖν

4) Philippi scilicet mors, quo regnante omnia haec acciderant, prout epistolae initium docet.

5) Scil. ad curiam vel forum, ubi promulgabatur Caesaris edictum, atque in aris sacrificia peragebantur; δημοσιεύοντες enim sunt decuriones, qui in foro sive in publico versabantur.

ἐξωμόσαντο· οἱ δὲ καὶ βασάνοις ἐπὶ ποσὸν ἐγκαρτερήσαντες, τὰ πρὸς τὸ ἑξῆς ἀπεῖπον. Οἱ δὲ στεῤῥοὶ καὶ μακάριοι στύλοι τοῦ κυρίου, κραταιωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν ἑαυτοῖς πίστεως ἀξίαν καὶ ἀνάλογον δύναμιν καὶ καρτερίαν λαβόντες, θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς βασιλείας μάρτυρες. Ὧν πρῶτος Ἰουλιανός, ἄνθρωπος ποδαγρός, μὴ στῆναι, μὴ βαδίσαι δυνάμενος, σὺν ἑτέροις δύο τοῖς φέρουσιν αὐτόν, προσήχθη· ὧν ὁ μὲν ἕτερος εὐθὺς ἠρνήσατο· ὁ δ' ἕτερος Κρονίων ὀνόματι, ἐπίκλην δὲ Εὔνους, καὶ αὐτὸς ὁ πρεσβύτης Ἰουλιανὸς ὁμολογήσαντες τὸν κύριον, διὰ πάσης τῆς πόλεως μεγίστης οὔσης, ὡς ἴστε, καμήλοις ἐποχούμενοι καὶ μετέωροι μαστιγούμενοι, τέλος ἀσβέστῳ πυρὶ περιεχυμένου τοῦ δήμου παντός, κατεκάησαν. Στρατιώτης τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παραστὰς καὶ τοῖς ἐφυβρίζουσιν ἐναντιωθείς, ἐκβοησάντων ἐκείνων, προσαχθεὶς ὁ ἀνδρειότατος ὁπλομάχος τοῦ Θεοῦ, Βησᾶς, κἀν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῷ περὶ τῆς εὐσεβείας ἀριστεύσας, ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. Καί τις ἕτερος τὸ μὲν γένος Λίβυς, τὴν δὲ προσηγορίαν ἅμα καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ, προτροπῆς αὐτῷ πολλῆς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ πρὸς ἄρνησιν γενομένης, οὐχ ὑπαχθεὶς ζῶν καταπέφλεκται, Ἐπίμαχός τε μετ' αὐτοὺς καὶ Ἀλέξανδρος, μετὰ πολὺν ὃν ἔμειναν δεσμῶται χρόνον, μυρίας διενεγκόντες ἀλγηδόνας, ξυστῆρας, μάστιγας, πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ οὗτοι διεχύθησαν. Καὶ σὺν αὐτοῖς γυναῖκες τέσσαρες· Ἀμμωνάριον μὲν ἁγία παρθένος, πάνυ φιλονείκως αὐτὴν ἐπιπλεῖ-

στον τοῦ δικαστοῦ βασανίσαντος, ἅτε προαποφηναμένην ὡς μηδὲν ὧν ἐκεῖνος κελεύοι, φθέγξαιτο, ἀληθεύσασα τὴν ἐπαγγελίαν ἀπήχθη. Αἱ δὲ λοιπαί, ἡ σεμνοπρεπεστάτη πρεσβῦτις Μερκουρία, καὶ ἡ πολύπαις μέν, οὐχ ὑπὲρ τὸν κύριον δὲ ἀγαπήσασα ἑαυτῆς τὰ τέκνα Διονυσία, καὶ Ἀμμωνάριον ἑτέρα [6]), καταιδεσθέντος ὡς ἀνήνυτον ἔτι βασανίζειν, καὶ ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι τοῦ ἡγεμόνος, σιδήρῳ τεθνᾶσι, μηκέτι βασάνων πεῖραν λαβοῦσαι· τὰς γὰρ ὑπὲρ πασῶν ἡ πρόμαχος Ἀμμωνάριον ἀνεδέδεκτο βασάνους. Ἥρων δὲ καὶ Ἀτὴρ καὶ Ἰσίδωρος, Αἰγύπτιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς παιδάριον ὡς πεντεκαιδεκαέτης, ὁ Διόσκορος, παρεδόθησαν. Καὶ πρῶτον τὸ μειράκιον λόγοις τε ἀπατᾶν ὡς εὐπαράγωγον, καὶ βασάνοις καταναγκάζειν ὡς εὐένδοτον πειρώμενος, οὔτ' ἐπείσθη οὔτ' εἶξεν ὁ Διόσκορος· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀγριώτατα καταξήνας ἐγκαρτερήσαντας, πυρὶ καὶ τούτους παραδέδωκε, τὸν δὲ Διόσκορον ἐλλαμπρυνάμενόν τε δημοσίᾳ, καὶ σοφώτατα πρὸς τὰς ἰδίας πεύσεις ἀποκρινάμενον θαυμάσας, παρῆκεν, ὑπέρθεσιν, φήσας, εἰς μετάνοιαν αὐτῷ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμετρεῖν. Καὶ νῦν ὁ θεοπρεπέστατος Διόσκορος σὺν ἡμῖν ἐστίν, εἰς μακρότερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρκέστερον μείνας τὸν ἆθλον. Νεμεσίων δέ τις κἀκεῖνος Αἰγύπτιος, ἐσυκοφαντήθη μὲν ὡς δὴ σύνοικος λῃστῶν· ἀποδυσάμε-

---

6) καὶ Ἀμμωνάριον ἑτέρα. Haec verba in codd. Eusebii non leguntur, Valesius vero ex Rufini versione et Christophorsono ea recepit, Strothius quoque retinuit, quia quartae mulierculae nomen alioquin abest.

νος δὲ ταύτην παρὰ τῷ ἑκατοντάρχῳ τὴν ἀλλοτριωτάτην κατ' αὐτοῦ διαβολὴν, καταμηνυθεὶς ὡς χριστιανὸς, ἧκε δεσμώτης ἐπὶ τὸν ἡγούμενον. Ὁ δὲ ἀδικώτατος διπλαῖς αὐτὸν ἢ τοὺς λῃστὰς ταῖς τε βασάνοις καὶ ταῖς μάστιξι λυμηνάμενος, μεταξὺ τῶν λῃστῶν κατέφλεξε, τιμηθέντα τὸν μακάριον, τῷ τοῦ Χριστοῦ παραδείγματι. Ἀθρόον δέ τι σύνταγμα στρατιωτικὸν Ἄμμων καὶ Ζήνων καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἰγγένης καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβύτης Θεόφιλος, εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρίου· κρινομένου δή τινος ὡς χριστιανοῦ καὶ πρὸς ἄρνησιν ἤδη ῥέποντος, ἐπρίοντο οὗτοι παρεστηκότες, καὶ τοῖς τε προσώποις ἐνένευον, καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον, καὶ συνεσχηματίζοντο τοῖς σώμασιν· ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς γενομένης, πρίν τινας αὐτῶν ἄλλους λαβέσθαι, φθάσαντες ἐπὶ τὸ βάθρον 7) ἀνέδραμον, εἶναι χριστιανοὶ λέγοντες· ὡς τόν τε ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέδρους ἐμφόβους γενέσθαι, καὶ τοὺς μὲν κρινομένους εὐθαρσεστάτους, ἐφ' οἷς πείσονται φαίνεσθαι, τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾶν. Καὶ οὗτοι μὲν ἐκ δικαστηρίων ἐνεπόμπευσαν καὶ ἠγαλλιάσαντο τῇ μαρτυρίᾳ, θριαμβεύοντος αὐτοὺς ἐνδόξως τοῦ Θεοῦ.

Ibid. cap. 42. ex eadem epistola.

Ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ πόλεις καὶ κώμας ὑπὸ τῶν ἐθνῶν διεσπάσθησαν· ὧν ἑνὸς παραδείγματος ἕνεκεν, ἐπιμνησθήσομαι. Ἰσχυρίων

---

7) βάθρον subsellium est, ubi sedebant rei.

ἐπιτρόπευέ τινι τῶν ἀρχόντων ἐπὶ μισθῷ. Τοῦτον ὁ μισθοδότης ἐκέλευε θῦσαι, μὴ πειθόμενον ὕβριζεν, ἐμμένοντα προεπηλάκιζεν, ὑφισταμένου βακτηρίαν μεγίστην λαβὼν, διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διώσας ἀπέκτεινεν. Τί δεῖ λέγειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι πλανηθέντων, ὑπὸ λιμοῦ, καὶ δίψης, καὶ κρύους, καὶ νόσων, καὶ λῃστῶν, καὶ θηρίων διεφθαρμένων; ὧν οἱ περιγενόμενοι τῆς ἐκείνων εἰσὶν ἐκλογῆς καὶ νίκης μάρτυρες. Ἓν δὲ καὶ τούτων εἰς δήλωσιν ἔργον παραθήσομαι. Χαιρήμων ἦν ὑπεργήρως τῆς Νείλου καλουμένης πόλεως ἐπίσκοπος. Οὗτος εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ φυγὼν, οὐκ ἐπανελήλυθεν, οὐ δὲ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν οὐκέτι καίτοι πολλὰ διερευνησάμενοι οἱ ἀδελφοί, οὔτε αὐτοὺς οὔτε τὰ σώματα εὗρον. Πολλοὶ δὲ οἱ κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντες ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν, οἱ μὲν μόλις ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν ἐλυτρώθησαν· οἱ δὲ μέχρι νῦν οὐδέπω. Καὶ ταῦτα διεξῆλθον οὐ μάτην, ἀδελφέ· ἀλλ' ἵνα εἰδῇς ὅσα καὶ ἡλίκα δεινὰ παρ' ἡμῖν συνέβη· ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι, πλείονα ἂν εἰδεῖεν.

Εἶτα τούτοις (ait Eusebius) ἐπιφέρει μετὰ βραχέα λέγων.

Αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ, τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινας ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομένους, προσελάβοντο· καὶ τὴν ἐπιστρο-

φὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἰδόντες, δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθόλου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν δοκιμάσαντες, εἰσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν καὶ προσευχῶν αὐτοῖς καὶ ἑστιάσεως ἐκοινώνησαν [8]). Τί οὖν ἡμῖν, ἀδελφοί, περὶ τούτων συμβουλεύετε; τί ἡμῖν πρακτέον; σύμψηφοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς καταστῶμεν, καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἢ τὴν χάριν φυλάξωμεν, καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ᾽ αὐτῶν χρηστευσώμεθα; ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἄδεκτον ποιησώμεθα, καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστήσωμεν, καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν, καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν [9]);

XVI.

DE FATIS DIONYSII ALEXANDRINI IN PERSECUTIONE DECIANA.

(Ex ejus epist. ad Germanum ap. Eus. H. E. VI, 40.)

Ἐγὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλῶ καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι, οὐδεμίαν ἐπ᾽ ἐμαυ-

---

8) Duplex erat communio precum atque eucharistiae, pro spatio poenitentiae. Hoc loco tamen de privata communione agitur, quam martyres lapsis concedebant.

9) Infra uberius exponit Dionysius quid senserit de lapsis recipiendis.

τοῦ βαλλόμενος, οὐδὲ ἀθεεὶ πεποίημαι τὴν φυγήν [1]· ἀλλὰ καὶ πρότερον [2]) τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος [3]) αὐτῆς ὥρας φρουμεντάριον [4]) ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. Κἀγὼ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἄφιξιν τοῦ φρουμενταρίου προσδοκῶν, ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν, τὰς ὁδούς, τοὺς ποταμούς, τοὺς ἀγρούς, ἔνθα κρύπτεσθαί με ἢ βαδίζειν ὑπενόησαν· ἀορασίᾳ δὲ εἴχετο μὴ εὑρίσκων τὴν οἰκίαν, οὐ γὰρ ἐπίστευεν οἴκοι με διωκόμενον μένειν· καὶ μόλις μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν κελεύσαντός μοι μεταστῆναι τοῦ Θεοῦ καὶ παραδόξως ὁδοποιήσαντος, ἐγώ τε καὶ οἱ παῖδες καὶ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν ἅμα συνεξήλθομεν. Καὶ ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἔργον ἐκεῖνο γέγονε, τὰ ἑξῆς ἐδήλωσεν· ἐν οἷς τάχα τισὶ γεγόναμεν χρήσιμοι.

Εἶτά τινα μεταξὺ εἰπὼν τὰ μετὰ τὴν φυγὴν αὐτῷ συμβεβηκότα δηλοῖ, ταῦτ' ἐπιφέρων.

Ἐγὼ μὲν γὰρ περὶ ἡλίου δυσμὰς ἅμα τοῖς σὺν ἐμοὶ γενόμενος, ὑπὸ τοῖς στρατιώταις

---

1) Fata sua exponit Dionysius ob calumnias ipsi motas per Germanum, propter fugam in persecutione Deciana; contra eundem in alia epistola se defendit Eus. VII, 11. quam paulo infra legere licet.

2) Post Valeriani persecutionem scripsit Dionysius hunc libellum ad Germanum, quod docent fragmenta ejusdem operis VII, 11.

3) Alexandriae Proconsul.

4) Φρουμεντάριος miles est ad investigandos reos missus, idem quod curiosus.

εἰς Ταπόσιριν [5]) ἤχθην. Ὁ δὲ Τιμόθεος κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἔτυχε μὴ παρὼν, μηδὲ καταληφθείς. Ἐλθὼν δὲ ὕστερον εὗρε τὸν οἶκον ἔρημον καὶ φρουροῦντας αὐτὸν ὑπηρέτας, ἡμᾶς δὲ ἐξηνδραποδισμένους.

Καὶ μεθ' ἕτερά φησιν.

Καί τις ὁ τῆς θαυμασίας οἰκονομίας αὐτοῦ τρόπος, τὰ γὰρ ἀληθῆ λεχθήσεται. Ἀπήντα τις τῶν χωριτῶν ὑποφεύγοντι τῷ Τιμοθέῳ καὶ τεταραγμένῳ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπείξεως ἐπύθετο. Ὁ δὲ τἀληθὲς ἐξεῖπεν. Κἀκεῖνος ἀκούσας (ἀπήει δὲ εὐωχησόμενος γάμους· διαπαννυχίζειν γὰρ αὐτοῖς ἐν ταῖς τοιαύταις συνόδοις ἔθος) εἰσελθὼν ἀπήγγειλε τοῖς κατακειμένοις, οἱ ὁρμῇ μιᾷ καθάπερ ἀπὸ συνθήματος πάντες ἐξανέστησαν· καὶ δρόμῳ φερόμενοι τάχιστα ἧκον, ἐπεισπεσόντες τε ἡμῖν, ἠλάλαξαν. Καὶ φυγῆς εὐθέως τῶν φρουρούντων ἡμᾶς στρατιωτῶν γενομένης, ἐπέστησαν ἡμῖν ὡς εἴχομεν, ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων κατακείμενοι. Κἀγὼ μὲν, οἶδεν ὁ Θεός, ὡς λῃστὰς εἶναι πρότερον ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἤμην γυμνὸς ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι· τὴν δὲ λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς ὤρεγον. Οἱ δὲ ἐξανίστασθαί τε ἐκέλευον καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι, καὶ τότε συνεὶς ἐφ' ᾧ παρῆσαν, ἀνέκραγον δεόμενος αὐτῶν καὶ ἱκετεύων ἀπιέναι καὶ ἡμᾶς ἐᾶν· εἰ δὲ βούλονταί τι χρηστὸν ἐργάσασθαι

5) Oppidulum prope Alexandriam.

τοὺς ἀπάγοντάς με φθάσαι καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοὺς τὴν ἐμὴν ἀποτεμεῖν ἠξίουν. Καὶ τοιαῦτα βοῶντος, ὡς ἴσασιν οἱ κοινωνοί μου καὶ μέτοχοι πάντων γενόμενοι, ἀνίσταααν πρὸς βίαν, κἀγὼ μὲν παρῆκα ἐμαυτὸν ὕπτιον εἰς τοὔδαφος. Οἱ δὲ, διαλαβόντες χειρῶν καὶ ποδῶν σύροντες ἐξήγαγον. Ἐπηκολούθουν δέ μοι οἱ τούτων πάντων γενόμενοι μάρτυρες Γάϊος, Φαῦστος, Πέτρος, Παῦλος· οἳ καὶ ὑπολαβόντες με, φοράδην ἐξήγαγον τοῦ πολιχνίου, καὶ ὄνῳ γυμνῷ ἐπιβιβάσαντες ἀπήγαγον [6]).

XVII.

DE FATIS DIONYSII ET SOCIORUM IN PERSECUTIONE DECIANA.

(Ex epist. Dionysii Alexandrini ad Dometium et Didymum Eus. VII, 11. in exilio scripta.) 1)

Τοὺς δὲ ἡμετέρους πολλούς τε ὄντας καὶ ἀγνῶτας ὑμῖν, περισσὸν ὀνομαστὶ καταλέγειν· πλὴν ἴστε ὅτι ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ νέοι, καὶ γέ-

---

6) Quid praeterea passus sit Dionysius cum sociis, paulo infra legitur in epistola Dionysii ad Dometium et Didymum.

1) Eusebius perperam hanc epistolam exhibet ubi de Valeriano agit; scripta est epistola in exilio, ut ipsa docet, in quod missus erat Dionysius regnante Decio; cf. VI, 40. quae cum his bene cohaerent.

ροντες, καὶ κόραι, καὶ πρεσβύτιδες, καὶ στρατιῶται, καὶ ἰδιῶται, καὶ πᾶν γένος, καὶ πᾶσα ἡλικία· οἱ μὲν διὰ μαστίγων καὶ πυρός· οἱ δὲ, διὰ σιδήρου τὸν ἀγῶνα νικήσαντες, τοὺς στεφάνους ἀπειλήφασι· τοῖς δὲ οὐ πάμπολυς αὐτάρκης ἀπέβη χρόνος, εἰς τὸ φανῆναι δεκτοὺς τῷ κυρίῳ· ὥσπερ οὖν ἔοικε μηδ' ἐμοὶ ὁ μέχρι νῦν. Διόπερ εἰς ὃν οἶδεν αὐτὸς ἐπιτήδειον καιρὸν ὑπερέθετό με, ὁ λέγων· καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Τὰ γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐπειδὴ πυνθάνεσθε καὶ βούλεσθε δηλωθῆναι ὑμῖν ὅπως διάγομεν, ἠκούσατε μὲν πάντως· ὅπως ἡμᾶς δεσμώτας ἀπαγομένους, ὑπὸ ἑκατοντάρχου, καὶ στρατηγῶν [2]), καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ ὑπηρετῶν, ἐμέ τε καὶ Γάϊον, καὶ Φαῦστον, καὶ Πέτρον, καὶ Παῦλον [3]) ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν, ἄκοντας καὶ μηδὲ ἑπομένους, βίᾳ τε σύροντες ἀφήρπασαν. Ἐγὼ δὲ νῦν καὶ Γάϊος καὶ Πέτρος, μόνοι τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἀπορφανισθέντες, ἐν ἐρήμῳ καὶ αὐχμηρῷ τῆς Λιβύης τόπῳ κατακεκλείσμεθα, τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Παραιτονίου [4]) διεστηκότες.

Καὶ ὑποκαταβάς φησιν.

Ἐν δὲ τῇ πόλει καταδεδύκασιν ἀφανῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀδελφούς· πρεσβύτεροι μὲν, Μάξι-

2) στρατηγοί non duces sunt hoc loco, sed duumviri, magistratus civitatis Alexandrinae.

3) Eosdem VI, 40. in epist. ad Germanum socios appellavit.

4) Marmaricae urbs praecipua.

Μάξιμος, Διόσκορος, Δημήτριος, καὶ Λούκιος· οἱ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ προφανέστεροι Φαυστῖνος καὶ Ἀκύλας ἐν Αἰγύπτῳ πλανῶνται. Διάκονοι δὲ οἱ μετὰ τοὺς ἐν τῇ νόσῳ τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, Φαῦστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων· Εὐσέβιος ὃν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνεδυνάμωσεν καὶ παρεσκεύασε τὰς ὑπηρεσίας τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς γενομένων ὁμολογητῶν ἐναγωνίως ἀποπληροῦν, καὶ τὰς τῶν σωμάτων περιστολὰς τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. Καὶ γὰρ μέχρι νῦν οὐκ ἀνίησιν ὁ ἡγούμενος, τοὺς μὲν ἀναιρῶν, ὡς προεῖπον, ὠμῶς τῶν προσαγομένων· τοὺς δὲ βασάνοις καταξαίνων, τοὺς δὲ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ἐκτήκων· προστάσσων δὲ μηδένα τούτοις προσιέναι καὶ ἀνερευνῶν μή τις φανείη. Καὶ ὅμως ὁ Θεὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ λιπαρίᾳ τῶν ἀδελφῶν διαναπαύει τοὺς πεπιεσμένους.

XVIII.

DE DIONYSII ALEXANDRINI ALIORUMQUE VEXATIONIBUS REGNANTE VALERIANO.

(*Ex Dionysii Alex. epist. ad Germanum ap. Eus. H. E.* VII, 11.)

Ejusdem quidem epistolae fragmentum hoc esse videtur, cujus sunt quae VI, 40. in Eusebio leguntur ex epistola Dionysii

ad Germanum; sed perperam censet Valesius hoc fragmentum conjungendum esse cum illo; nostrum enim de persecutione Valeriana agit, illud de Deciana; quod ostendunt socii diversi atque Aemilianus, qui non nisi Valeriano regnante Alexandriae praefuit. Ne vero temporis ordo turbetur hic fragmentum hoc collocare malui, quam priori fragmento adjungere, etsi ejusdem operis partes esse videantur.

Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω πολλὴν καὶ ἀναισθησίαν ὄντως ἐμπεσεῖν, εἰς ἀνάγκην συμβιβαζόμενος τοῦ διηγεῖσθαι τὴν θαυμαστὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ μυστήριον βασιλέως κρύπτειν καλόν φησι, τὰ δὲ ἔργα Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἔνδοξον, ὁμόσε χωρήσω τῇ Γερμανοῦ βίᾳ. Ἧκον πρὸς Αἰμιλιανόν, οὐ μόνος, ἠκολούθησαν δέ μοι συμπρεσβύτερός τέ μου Μάξιμος καὶ διάκονοι Φαῦστος καὶ Εὐσέβιος [1]) καὶ Χαιρήμων, καί τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. Αἰμιλιανὸς δὲ οὐκ εἶπέ μοι προηγουμένως, μὴ σύναγε· περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέχοντι. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ· ἀλλὰ περὶ τοῦ μηδ' αὐ-

---

1) In fine hujus cap. addit Eusebius Maximum postea episcopum Alexandriae creatum esse, Eusebium episcopum Laodiceae Syriae.

τοὺς ἡμᾶς εἶναι χριστιανούς· καὶ τούτου προςέταττε πεπαῦσθαι, εἰ μεταβαλοίμην ἔγωγε καὶ τοὺς ἄλλους ἕψεσθαί μοι νομίζων. Ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεοικότως, οὐδὲ μακρὰν τοῦ πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἄντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον καὶ οὐδένα ἕτερον σέβων οὐδ' ἂν μεταθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ χριστιανὸς ὤν. Ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρώ. Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων ὡς ὑπεμνηματίσθη [2]). Εἰσαχθέντων Διονυσίου καὶ Φαύστου καὶ Μαξίμου καὶ Μαρκέλλου καὶ Χαιρήμονος, Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν εἶπε· καὶ ἀγράφως ὑμῖν διελέχθην περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν, ἣ περὶ ὑμᾶς κέχρηνται. Δεδώκασι γὰρ ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας, εἰ βούλοισθε ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι καὶ Θεοὺς τοὺς σώζοντας αὐτῶν τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι τε τῶν παρὰ φύσιν. Τί οὖν φατὲ πρὸς ταῦτα; οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προςδοκῶ, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· οὐ πάντες πάντας προςκυνοῦσι Θεούς, ἀλλ' ἕκαστοί τινας οὓς νομίζουσιν. Ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρίσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιηνῷ

2) ὑπομνήματα dicuntur quae Latinis audiunt acta, unde ὑπομνηματίζειν in acta referre.

Σεβαστοῖς· τούτους καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν· καὶ τούτῳ διηνεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν, ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχόμεθα. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς εἶπε· τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν Θεῶν προσκυνεῖν; Θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε, καὶ Θεοὺς, οὓς πάντες ἴσασι. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς εἶπεν· ὁρῶ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθήτους τῆς πρᾳότητος τῶν Σεβαστῶν ἡμῶν. Διόπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρώ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελεξάμην ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν Σεβαστῶν ἡμῶν; οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. Εἰ δέ τις φανείη μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα, ἢ ἐν συναγωγῇ τινι εὑρεθείη, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἀπαρτήσει· οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ δέουσα ἐπιστροφεία. Ἀπόστητε οὖν ὅπου ἐκελεύσθητε. Καὶ νοσοῦντα δέ με κατήπειξεν, οὐδεμιᾶς ὑπέρθεσιν δοὺς ἡμέρας. Ποίαν οὖν ἔτι τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν [3];

3) Accusabatur enim a Germano, quod conventus fratrum non habuisset ante exortam persecutionem, sed fuga saluti suae prospexisset. Ante persecutiones ingruentes conventus vero habere solebant, ut populum exhortarentur ad fidem retinendam.

Εἶτα μεθ᾽ ἕτερά φησιν.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ τῆς αἰσθητῆς ἡμεῖς μετὰ τοῦ κυρίου συναγωγῆς ἀπέστημεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συνεκρότουν ὡς συνὼν· ἀπὼν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἶπεν, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. Ἐν δὲ τῇ Κεφροῖ καὶ πολλὴ συνεπεδήμησεν ἡμῖν ἐκκλησία· τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀδελφῶν ἑπομένων· τῶν δὲ συνιόντων ἀπ᾽ Αἰγύπτου. Κἀκεῖ θύραν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνέῳξε τοῦ λόγου. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδιώχθημεν, ἐλιθοβολήθημεν· ὕστερον δέ τινες οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐθνῶν τὰ εἴδωλα καταλιπόντες, ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Θεόν. Οὐ πρότερον γὰρ παραδεξαμένοις αὐτοῖς, τότε πρῶτον δι᾽ ἡμῶν ὁ λόγος ἐπεσπάρη, καὶ ὥσπερ τούτου ἕνεκεν ἀπαγαγὼν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός, ἐπεὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἐπληρώσαμεν, πάλιν ἀπαγήοχεν. Ὁ γὰρ Αἰμιλιανὸς εἰς τραχυτέρους μὲν, ὡς ἐδόκει, καὶ λιβυκωτέρους ἡμᾶς μεταστῆσαι τόπους ἐβουλήθη, καὶ τοὺς πανταχόσε εἰς τὸν Μαρεώτην ἐκέλευσε συῤῥεῖν κώμας ἑκάστοις τῶν κατὰ χώραν ἀφορίσας· ἡμᾶς δὲ μᾶλλον ἐν ὁδῷ καὶ πρώτους καταληφθησομένους ἔταξεν. Ὠκονόμει γὰρ δηλονότι καὶ περιεσκεύαζεν, ἵνα ὁπόταν βουληθείη συλλαβεῖν, πάντας εὐαλώτους ἔχοι. Ἐγὼ δὲ ὅτε μὲν εἰς Κεφρὼν κεκελεύσμην ἀπελθεῖν, καὶ τὸν τόπον ἠγνόουν ὅποι πότε οὗτός ἐστιν, οὐδὲ τὸ ὄνομα σχεδὸν πρότερον ἀκηκοώς· καὶ ὅμως εὐθύμως καὶ ἀταράχως ἀπῄειν. Ἐπεὶ δὲ μετασκηνώσειν εἰς τὰ Κολλουθίωνος [4]) ἀπηγγέλη μοι, ἴσασιν οἱ

4) Urbs mareoticae Praefecturae.

παρόντες ὅπως διετέθην. Ἐνταῦθα· γὰρ ἐμαυτοῦ κατηγορήσω. Τὸ μὲν πρῶτον ἠχθέσθην καὶ λίαν ἐχαλέπηνα· καὶ γὰρ εἰ γνωριμώτεροι καὶ συνηθέστεροι ἐτύγχανον ἡμῖν οἱ τόποι, ἀλλ' ἔρημον μὲν ἀδελφῶν καὶ σπουδαίων ἀνθρώπων ἔφασκον εἶναι τὸ χωρίον· ταῖς δὲ τῶν ὁδοιπορούντων ἐνοχλήσεσι καὶ λῃστῶν κατὰ δρομαῖς ἐγκείμενον. Ἔτυχον δὲ παραμυθίας, ὑπομνησάντων με τῶν ἀδελφῶν, ὅτι γειτνιᾷ μᾶλλον τῇ πόλει. Καὶ ἡ μὲν Κεφρὼν πολλὴν ἡμῖν ἦγεν ἀδελφῶν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου τὴν ἐπιμιξίαν, ὡς πλατύτερον ἐκκλησιάζειν δύνασθαι· ἐκεῖ δὲ πλησιαίτερον οὔσης τῆς πόλεως, συνεχέστερον τῆς τῶν ὄντως ἀγαπητῶν καὶ οἰκειοτάτων καὶ φιλτάτων ὄψεως ἀπολαύσομεν. Ἀφίξονται γὰρ καὶ ἀναπαύσονται καὶ ὡς ἐν προαστείοις [5]) πορρωτέρω κειμένοις κατὰ μέρος ἔσονται συναγωγαί. Καὶ οὕτως ἐγένετο.

Καὶ μεθ' ἕτερα περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ αὖθις ταῦτα γράφει.

Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις Γερμανὸς σεμνύνεται. Πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα [6]). Ὅσας ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν ἀποφάσεις, δημεύσεις, προγραφάς, ὑπαρχόντων ἁρπαγάς, ἀξιωμάτων ἀποθέσεις, δόξης κοσμικῆς ὀλιγωρίας, ἐπαίνων ἡγεμονικῶν καὶ βουλευτι-

---

5) προαστεῖα dicuntur non solum suburbia, quae urbi conjuncta sunt, sed quoque vici remotiores, quorum incolae, cum ad ecclesiam urbis pervenire non bene poterant, suos habebant conventus.

6) Ironice haec omnia dicit Dionysius.

κῶν καταφρονήσεις καὶ τῶν ἐναντίων ἀπειλῶν, καὶ καταβοήσεων, καὶ κινδύνων, καὶ διωγμῶν, καὶ πλάνης, καὶ στενοχωρίας, καὶ ποικίλης θλίψεως ὑπομονήν, οἷα τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου συμβάντα μοι, οἷα μέχρι νῦν Αἰμιλιανοῦ. Ποῦ δὲ Γερμανὸς ἐφάνη; τίς δὲ περὶ αὐτοῦ λόγος; ἀλλὰ τῆς πολλῆς ἀφροσύνης εἰς ἣν ἐμπίπτω διὰ Γερμανόν, ὑφίεμαι· διὸ καὶ τὴν καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων διήγησιν, παρίημι τοῖς εἰδόσιν ἀδελφοῖς λέγειν.

XIX.

DE PERSECUTIONE VALERIANI.

(Ex epist. Dionysii Alexandrini ad Hermammonem apud Eus. H. E. VII, 10.)

Καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ ὁμοίως ἀποκαλύπτεται. Καὶ ἐδόθη γὰρ αὐτῷ, φησί, στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίαν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ μῆνες τεσσαράκοντα δύο [1]). Ἀμφότερα δέ ἐστιν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ θαυμάσαι· καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς οὕτως ἔσχε, συννοεῖν, ἕως ἤπιος καὶ φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εὐμενῶς καὶ δεξιῶς

1) Significatur tempus persecutionis Valeriani, quae erat per triennium et quod excurrit. Respicit Dionysius Apoc. 13, 5.

πρὸς αὐτοὺς διετέθη, οὐδ᾽ οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν χριστιανοὶ γεγονέναι [2]), ὡς ἐκεῖνος οἰκειότατα ἐν ἀρχῇ καὶ προσφιλέστατα φανερῶς ἦν αὐτοὺς ἀποδεχόμενος. Καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο, καὶ ἦν ἐκκλησία Θεοῦ. Ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπεισεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ τῶν ἀπ᾽ Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος [3]), τοὺς μὲν καθαροὺς ἄνδρας καὶ ὁσίους κτίννυσθαι καὶ διώκεσθαι κελεύων, ὡς ἀντιπάλους καὶ κωλυτὰς τῶν παμμιάρων καὶ βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας. Καὶ γάρ εἰσι καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι, καὶ μόνον ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς, τελετὰς δὲ ἀνάγνους, καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους, καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττειν, καὶ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν καὶ σπλάγχνα νεογενῆ διαιρεῖν, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ διακόπτειν, καὶ καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτων εὐδαιμονήσαντα.

Καὶ τούτοις ἐπιφέρει λέγων.

Καλὰ γοῦν αὐτοῖς [4]) Μακριανὸς τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια· ὃς πρότερον μὲν ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων [5]) λεγόμενος

---

2) Philippum et Alexandrum Severum intelligit.

3) Macrianum significat, quem per irrisionem μάγων ἀρχισυνάγωγον h. e. fraudum atque malarum artium peritissimum et facile primum dicit.

4) Scil. daemonibus.

5) ὁ ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων seu καθολικός graece dicitur: Rationalis seu procurator summae rei. Ludit Eusebius voce καθολικός, ut paulo infra nomine Macriani ὃς μακρὰν ἄπεστι ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας.

εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὔλογον οὐδὲ καθολικὸν ἐφρόνησεν· ἀλλ' ὑποπέπτωκεν ἀρᾷ προφητικῇ τῇ λεγούσῃ· οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν. Οὐ γὰρ συνῆκε τὴν καθόλου πρόνοιαν, οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσι. Διὸ καὶ τῆς μὲν καθολικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας γέγονε πολέμιος· ἠλλοτρίωσε δὲ καὶ ἀπεξένωσεν ἑαυτὸν τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐφυγάδευσεν· ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα.

Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερά φησιν.

Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθείς, εἰς ὕβρεις καὶ ὀνειδισμοὺς ἐκδοθείς, κατὰ τὸ ῥηθὲν πρὸς Ἡσαΐαν· καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· καὶ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανείς, καὶ τὸν βασίλειον ὑποδῦναι κόσμον ἀδυνατῶν ἀναπήρῳ τῷ σώματι [6]), τοὺς δύο παῖδας τὰς πατρῴας ἀναδεξαμένους ἁμαρτίας, προεστήσατο. Ἐναργὴς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόρρησις, ἣν εἶπεν ὁ Θεός, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με. Τὰς γὰρ ἰδίας πονηρὰς ἐπιθυμίας ὧν ἠτύχει, ταῖς τῶν υἱέων κεφαλαῖς ἐπιβαλών, εἰς ἐκείνους τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μῖσος ἐξωμόρξατο.

---

6) Claudus enim erat.

(Eus. H. E. VII, 23.) Ἐκεῖνος [7]) μὲν οὖν τῶν ἑαυτοῦ βασιλέως τὸν μὲν προέμενος, τῷ δὲ ἐπιθέμενος, παγγενῆ ταχέως καὶ πρόῤῥιζος ἐξηφανίσθη· ἀνεδείχθη δὲ καὶ συνανωμολογήθη παρὰ πάντων ὁ Γαλλιηνός, παλαιὸς ἅμα βασιλεὺς καὶ νέος· πρῶτος ὢν καὶ μετ' ἐκείνους παρών. Κατὰ γὰρ τὸ ῥηθὲν πρὸς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι, καὶ καινὰ, ἃ νῦν ἀνατελεῖ. Ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑποδραμὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐπηλυγάσαν, ἐσκίασεν αὐτὸν καὶ ἀντ' αὐτοῦ προεφάνη· εἶτα παρελθόντος ἢ διατακέντος τοῦ νέφους, ἐξεφάνη πάλιν ἐπανατείλας ὁ ἥλιος ὁ προανατείλας, οὕτω προστὰς καὶ προσπελάσας ἑαυτὸν ὁ Μακριανὸς τῆς ἐφεστώσης Γαλλιηνοῦ βασιλείας, ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν· ὁ δὲ ἔστιν, ὁμοίως ὥςπερ ἦν. Καὶ οἷον ἀποθεμένη τὸ γῆρας ἡ βασιλεία, καὶ τὴν προοῦσαν ἀνακαθηραμένη κακίαν, ἀκμαιότερον νῦν ἐπανθεῖ καὶ πόῤῥωτερον ὁρᾶται καὶ ἀκούεται καὶ διαφοιτᾷ πανταχοῦ.

Εἶθ' ἑξῆς καὶ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ταῦτ' ἔγραφε, διὰ τούτων σημαίνει.

Καί μοι πάλιν τὰς ἡμέρας τῶν βασιλικῶν ἐτῶν ἔπεισι σκοπεῖν. Ὁρῶ γὰρ ὡς ὀνομασθέντες μὲν οἱ ἀσεβέστατοι μετ' οὐ πολὺ γεγόνασιν ἀνώνυμοι· ὁ δὲ ὁσιώτερος καὶ φιλοθεώτερος ὑπερβὰς τὴν ἑπταετηρίδα, νῦν ἐνιαυτὸν ἔνατον διανύει, ἐν ᾧ ἡμεῖς ἑορτάσωμεν.

---

7) Bene vidit Valesius haec cum praecedentibus arctissime cohaerere; ἐκεῖνος enim Macrianum significat.

XX.

DE EDICTO VALERIANI CONTRA CHRISTIANOS.

(Epist. Cypriani LXXXII.)

Cum jam instare vexationem rumor nuntiasset, Cyprianus Romam misit qui accuratius rem investigarent. Hi quid retulerint Successo scribit, ipsis rescripti Imperatoris verbis, ut videtur, utens.

Cyprianus Successo fratri salutem.

Ut non vobis in continenti scriberem, frater carissime, illa res fecit; quod universi clerici sub ictu agonis constituti, recedere istinc omnino non poterant, parati omnes pro animi sui devotione ad divinam et coelestem gloriam. Sciatis autem eos venisse, quos ad urbem propter hoc miseram, ut quomodocunque de nobis rescriptum fuisset, exploratam sibi veritatem ad nos referrent. Multa enim varia et incerta opinionibus ventilantur; quae autem sunt in vero, ita se habent. Rescripsisse Valerianum ad senatum: ut Episcopi, presbyteri et diacones in continenti animadvertantur; Senatores vero et viri egregii et equites Romani, dignitate omissa, etiam bonis spolientur et si ademtis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque multentur; matronae ademtis bonis in exilium re-

legentur; Caesariani, quicunque vel prius confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur et vincti in Caesarianas possessiones descripti mittantur. Subjecit etiam Valerianus imperator orationi [1]) suae exemplum literarum, quas ad praesides provinciarum de nobis fecit; quas literas quotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam et exspectantes de ope et indulgentia domini, vitae aeternae coronam. Xystum [2]) autem in coemeterio animadversum sciatis, octavo iduum Augustarum die et cum eodem Quartum. Sed et huic persecutioni quotidie insistunt Praefecti in urbe [3]); ut si qui sibi oblati fuerint animadvertantur, et bona eorum fisco vindicentur. Haec peto per vos et collegis nostris innotescant, ut ubique hortatu eorum possit fraternitas corroborari et ad agonem spiritalem praeparari: ut singuli ex nostris, non magis mortem cogitent quam immortalitatem, et plena fide ac tota virtute Domino dicata, gaudeant magis quam timeant in hac confessione, in qua sciunt Dei et Christi milites non perimi sed coronari. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

1) Oratio idem est hoc loco quod rescriptum: ut saepius.

2) Romae episcopus; passus est in area ubi cum plebe Christianorum ad cultum solennem convenerat.

3) Omnes omnium ordinum magistratus intelligit.

XXI.

DE FATIS CYPRIANI, REGNANTE VALERIANO.

(*Epist. Cypr. LXXXIII. edit. Steph. Baluzii.*)

Ultima haec est Cypriani epistola et paucis ante martyrium diebus exarata.

Cyprianus presbyteris et diaconibus et plebi universae S.

Cum perlatum ad nos fuisset, fratres carissimi, Frumentarios [1]) esse missos, qui me Uticam perducerent et consilio carissimorum persuasum esset, ut de hortis nostris interim secederemus, justa interveniente causa, consensi; eo quod congruat episcopum in ea civitate, in qua ecclesiae dominicae praeest, illic Dominum confiteri, et plebem universam praepositi praesentis confessione clarificari. Quodcunque enim sub illo confessionis momento confessor episcopus loquitur, aspirante Deo ore omnium loquitur. Ceterum mutilabitur honor ecclesiae nostrae tam gloriosae, si ego episcopus alterius ecclesiae praepositus, accepta apud Uticam super confessione sententia, exinde martyr ad Dominum proficiscar; quandoquidem ego, et pro me et pro vobis

---

1) Milites ad reos conquirendos missi, ut etiam in epist. Dionysii Alexandrini Eus. H. E. VI. 40.

apud vos confiteri, et ibi pati, et exinde ad Dominum proficisci, orationibus continuis deprecer et omnibus votis exoptem et debeam. Exspectamus ergo hic in secessu abdito constituti, adventum proconsulis Carthaginem redeuntis; audituri ab eo quid imperatores super Christianorum laicorum et episcoporum nomine mandaverint et dicturi quod ad horam Dominus dici voluerit. Vos autem, fratres carissimi, pro disciplina, quam de mandatis dominicis a me semper accepistis et secundum quod me tractante saepissime didicistis, quietem et tranquillitatem tenete: ne quisquam vestrum aliquem tumultum de fratribus moveat aut ultro se gentilibus offerat: apprehensus enim et traditus loqui debet; si quidem in nobis Dominus positus illa hora loquatur, qui nos confiteri magis voluit, quam profiteri. Quid autem de cetero nos observare conveniat, antequam in me super confessione nominis Dei Proconsul sententiam ferat, instruente Domino, in commune disponemus.

Incolumes vos, fratres carissimi, Dominus noster in ecclesia sua permanere faciat et conservare dignetur.

XXII.

VITA ET PASSIO CYPRIANI.

Scripsit vitam hanc et passionem Cypriani Pontius, ex ejus diaconis, non ita multo post martyrium. Haec Pontii enarratio vitae beati Cypriani est antiquissima inter vitas patrum, quae aetatem tulerunt atque digna quae legatur.

Reperitur vita Cypriani per Pontium Dioconum scripta tam in editionibus operum Cypriani, quam in Th. Ruinarti actis primorum martyrum sinceris p. 198. sqq.

I. Cyprianus, religiosus antistes ac testis Dei gloriosus, tametsi multa conscripsit, per quae memoria digni nominis supervivat; etsi eloquentiae ejus ac Dei gratiae larga foecunditas ita se copia et ubertate sermonis extendit, ut usque in finem mundi fortasse non taceat; tamen quia operibus ejus ac meritis etiam haec praerogativa debetur, ut exemplum suum in litteras digeratur, placuit summatim pauca conscribere: non quod aliquem vel gentilium lateat tanti viri vita, sed ut ad posteros quoque nostros, incomparabile et grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. Certe durum erat, ut, cum

majores nostri, plebejis et catechumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederint, ut de passionibus eorum multa, aut prope dixerim, paene cuncta conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam qui nondum nati fuimus pervenirent; Cypriani tanti sacerdotis et tanti martyris passio praeteriretur, qui et sine martyrio habuit quae doceret; et quae dum vixit gesserit, non paterent. Quae quidem tanta, atque tam magna et mira sunt, ut magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me esse confitear ad proferendum digne pro meritorum honore sermonem, nec posse sic prosequi facta tam grandia, ut quanta sunt, tanta videantur: nisi quod numerositas gloriarum sibimet ipsa sufficiens, alieno praeconio non eget. Accedit ad cumulum, quod et vos de eo multum, aut, si fieri potest, totum desideratis audire, concupiscentes ardore flagranti vel facta ejus cognoscere, etsi interim viva verba tacuerunt. In qua parte si dixero nos opibus facundiae defici, minus dico. Facundia enim ipsa deficit digna facultate, quae desiderium vestrum pleno spiritu satiet. Ita utrimque graviter urgemur; si quidem ille nos virtutibus suis onerat, vos nos precibus fatigatis.

II. Unde igitur incipiam? unde exordium bonorum ejus aggrediar, nisi a principio fidei, et nativitate coelesti? Si quidem hominis Dei facta

facta non debent aliunde numerari, nisi ex quo Deo natus est. Fuerint licet studia, et bonae artes devotum pectus imbuerint; tamen illa praetereo. Nondum enim ad utilitatem nisi saeculi pertinebant. Postquam et sacras litteras didicit, et mundi nube discussa, in lucem sapientiae spiritalis emersit, si quibus ejus interfui, si qua de antiquioribus ejus operibus comperi, dicam; hanc tamen petens veniam, ut quidquid minus dixero, (minus enim dicam necesse est) ignorantiae meae potius, quam illius gloriae derogetur. Inter fidei suae prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam si continentiam tueretur. Tunc enim posse idoneum fieri pectus et sensum ad plenam veri capacitatem pervenire, si concupiscentiam carnis robusto atque integro sanctimoniae vigore calcaret. Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum secunda nativitas novum hominem splendore toto divinae lucis oculaverat, et jam veteres ac pristinas tenebras sola lucis paratura vincebat. Deinde quod majus est, cum de lectione divina quaedam jam non pro conditione novitatis, sed pro fidei festinatione didicisset; statim rapuit quod invenit promerendo Deo profuturum. Distractis rebus suis ad indigentiam pauperum sustentandam, tota praedia pretio dispensans duo bona simul junxit, ut et ambitionem saeculi sperneret, qua perniciosius nihil est; et misericordiam, quam

Deus etiam sacrificiis suis praetulit, quam nec ille qui legis omnia mandata servasse se dixerat, fecit, impleret: et praepropera velocitate pietatis, paene ante coepit perfectus esse quam disceret. Quis oro de veteribus hoc fecit? quis de antiquissimis in fide senibus, quorum mentes et aures per plurimos annos divina verba pulsaverant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei homo, et cui nondum forsitan crederetur, super gressus vetustatis aetatem, gloriosis et admirandis operibus perpetravit? Nemo metit statim ut sevit: nemo vindemiam de novellis scrobibus expressit: nemo adhuc umquam de noviter plantatis arbusculis matura poma quaesivit. In illo omnia incredibilia cucurrerunt. Praevenit, si potest dici (res enim fidem non capit) praevenit inquam, tritura sementem, vindemia palmitem, poma radicem.

III. Ajunt Apostoli litterae, debere neophytos praeteriri, ne stupore gentilitatis nondum fundatis sensibus adhaerente, aliquid in Deum novitas ineruditа peccaret. Ille fuit primus, et, puto, solus exemplo plus fide posse, quam tempore promoveri. Sed etsi in Apostolorum actis Eunuchus ille describitur, quia toto corde crediderat, a Philippo statim tinctus; non est similis comparatio. Ille enim et Judaeus erat, et de templo Domini veniens, prophetam legebat Jsaïam, et sperabat in Christo, etsi nondum eum venisse cre-

diderat: hic de imperitis gentibus veniens, tam matura coepit fide, quanta pauci fortasse perfecerunt. Mora denique circa Dei gratiam nulla, nulla dilatio. Parum dixi, presbyterium et sacerdotium statim accepit. Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? Multa sunt, quae adhuc plebejus, multa quae jam presbyter fecit, multa quae ad veterum exempla justorum imitatione consimili prosecutus, promerendo Dominum totius religionis obsequio praestitit. Nam et sermo illi de hoc fuerat usitatus, ut si quem praedicatum Dei laudatione legisset, suaderet inquiri propter quae facta Deo placuisset. Si Job Dei testimonio gloriosus, dictus est verus Dei cultor, et cui in terris nemo compararetur: faciendum docebat ille, quidquid Job ante fecisset: ut dum et nos paria facimus, simile in nos Dei testimonium provocemus. Contemtus ille dispendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit, ut nec pietatis temporalia damna sentiret. Non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris suadela deflexit, non proprii corporis dira poena concussit. Permansit in suis sedibus fixa virtus, et altis radicibus fundata devotio; nullo diaboli tentantis impetu cessit, quo minus Deum suum fide grata, etiam inter adversa, benediceret. Domus ejus patuit cuicunque venienti: Nulla vidua reversa est sinu vacuo; nullus indigens lumine, non illo comite directus est:

nullus debilis gressu, non illo bajulo vectus est: nullus nudus auxilio de potentioris manu, non illo tutore protectus est. Haec debent tacere, dicebat, qui Deo placere desiderant. Et sic per bonorum omnium documenta percurrens, dum meliores semper imitatur, etiam ipse se fecit imitandum.

IV. Erat sane illi etiam de nobis contubernium viri justi et laudabilis memoriae Caecilii [1]), et aetate tunc et honore presbyteri, qui eum ad agnitionem verae divinitatis a saeculari errore correxerat. Hunc toto honore atque omni observantia diligebat, obsequenti veneratione suspiciens, non jam ut amicum animae coaequalem, sed tamquam novae vitae parentem. Denique ille demulsus ejus obsequiis, in tantum dilectionis immensae merito provocatus est, ut de saeculo excedens, arcessitione jam proxima commendaret illi conjugem ac liberos suos, ut quem fecerat de sectae communione participem, postmodum faceret pietatis heredem.

V. Longum est ire per singula: cuncta ejus facta onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum solum hoc arbitror satis esse, quod judicio Dei et plebis favore, ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et, ut putabatur,

---

1) Abs quo Cyprianum nomen Caecilius in baptismate sortitum esse narrat Hieronymus de vir. ill.

novellus electus est. Quamvis in primis fidei suae adhuc diebus, et rudi vitae spiritalis aetate, sic generosa indoles reluceret; ut etsi nondum officii, spei tamen fulgore resplendens, imminentis sacerdotii totam fiduciam polliceretur. Non praeteribo etiam illud eximium, quemadmodum, cum in dilectionem ejus et honorem totus populus adspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, et indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret. Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, excusat. Quo tunc ardore plebs aestuans fluctuabat, spiritali desiderio concupiscens, ut exitus docuit, non tantum Episcopum; in eo enim quem tunc latenti divinitatis praesagio taliter flagitabat, non solummodo sacerdotem, sed et futurum etiam martyrem requirebat. Obsederat fores domus copiosa fraternitas, et per omnes aditus sollicita caritas circuibat. Potuisset fortasse tunc illi Apostolicum illud evenire, quod voluit, ut per fenestram deponeretur; si cum Apostolo etiam ordinationis honore similaretur. Erat videre ceteros omnes suspenso et anxio spiritu exspectare venturum, cum gaudio nimio excipere venientem. Invitus dico; sed dicam necesse est. Quidam illi restiterunt [2]), etiam ut vinceret; quibus tamen quanta lenitate, quam patienter, quam

2) Felicissimus et schismatici qui cum eo erant.

benevolenter indulsit, quam clementer ignovit, amicissimos eos postmodum, et inter necessarios computans, mirantibus multis. Cui enim posset non esse miraculo, tam memoriosae mentis oblivio?

IV. Exinde quemadmodum se gesserit, quis referre sufficiat? quae illi pietas? qui vigor? misericordia quanta? quanta censura? Tantum sanctitatis et gratiae ex ore ejus lucebat, ut confunderet intuentium mentes. Gravis vultus et laetus; nec severitas tristis, nec comitas nimia; sed ad mixta utrimque temperies, ut esset ambigere vereri plus, an diligi mereretur: nisi quod et vereri et diligi merebatur. Sed nec cultus fuit dispar a vultu, temperatus et ipse de medio. Non illum superbia saecularis inflaverat, nec tamen prorsus affectata penuria sordidarat: quia et hoc vestitus genus a jactantia minus non est, quam ostentata taliter ambitiosa frugalitas. Quid autem circa pauperes episcopus faceret, quos catechumenus diligebat? Viderint pietatis antistites, seu quos ad officium boni operis instruxit ipsius ordinis disciplina, seu quos sacramenti religio communis ad obsequium exhibendae dilectionis artavit. Cyprianum de suo talem accepit cathedra, non fecit.

VII. Statim denique pro talibus meritis etiam proscriptionis gloriam consecutus est. Nec enim aliud oportebat, quam ut eum, qui intra secretam conscientiae latebram religionis

et fidei toto honore florebat, etiam publice celebrata gentilium fama titularet. Potuisset quidem tunc pro velocitate qua semper omnia consecutus est, etiam martyrii circa eum debita corona properare; maxime cum et suffragiis saepe repetitis ad leonem postularetur: nisi per omnes ordines gloriarum transeundum illi esset, et sic ad summa veniendum, et nisi imminens ruina ope tam foecundi pectoris indigeret. Finge enim, tunc illum martyrii dignatione translatum. Quis emolumentum gratiae per fidem proficientis ostenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiae disciplinam et habitum sanctimonia dignum, velut frenis quibusdam lectionis dominicae coërceret? Quis doceret poenitentiam lapsos, veritatem haereticos, schismaticos unitatem, filios Dei pacem, et evangelicae precis legem? Per quem gentiles blasphemi repercussis in se iis quae nobis ingerunt, vincerentur? A quo Christiani mollioris affectus circa amissionem suorum, aut, quod magis est, fidei parvioris consolarentur spe futurorum? Unde sic misericordiam, unde patientiam disceremus? Quis livorem de venerata invidiae malignitate venientem, dulcedine remedii salutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione divini sermonis erigeret? Quis denique tot confessores, frontium notatarum secunda inscriptione signatos, et ad exemplum martyrii superstites reservatos, incentivo tubae caelestis animaret?

Bene, bene tunc, et vere spiritaliter contigit, quod vir necessarius, tam multis et tam bonis rebus, a martyrii consummatione dilatus est. Vultis scire secessum illum non fuisse formidinem? ut nihil aliud excusem, ipse postmodum passus est, quam passionem utique ex more vitaret, si et ante vitasset. Fuit vere formido illa, sed justa: formido, quae Dominum timeret offendere: formido, quae praeceptis Dei mallet obsequi, quam sic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, et sic divinis admonitionibus mancipata; credidit se nisi Domino latebram tunc jubenti paruisset, etiam ipsa passione peccare.

VIII. Puto denique etiam nunc aliqua de dilationis utilitate disserenda, tametsi jam dudum pauca perstrinximus. Per haec enim, quae videntur postmodum subsecuta, ut sequitur probemus, secessum illum non hominis pusillanimitate conceptum, sed, sicuti est, vere fuisse divinum. Vastaverat Dei populum persecutionis infestae insolens atque acerba grassatio: et quia omnes decipere una fraude non poterat artifex hostis, quacumque miles incautus prodiderat latus nudum, dispari genere saeviendi, singulos diversa strage dejecerat. Debebat esse qui posset saucios homines, et varia expugnantis inimici arte jaculatos, adhibita medicinae caelestis medela pro qualitate vulneris, vel secare interim, vel fovere. Servatus est vir ingenii, praeter cetera

etiam spiritaliter temperati; qui inter resultantes collidentium schismatum fluctus, ecclesiae iter medium, librato limite gubernaret. Nonne haec, oro, consilia divina sunt? Hoc fieri sine Deo potuit? Viderint qui putant posse fortuito ista contingere. Ecclesia illis clara voce respondet, dicens: Ego sine Dei nutu necessarios reservari non admitto, non credo.

IX. Percurramus tamen cetera, si videtur. Erupit postmodum lues dira, detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos a sua quemque sede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis invasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium; exponere suos impie: quasi cum illo peste morituro etiam mortem ipsam aliquid posset excludere. Jacebant interim in tota civitate, non jam corpora, sed cadavera plurimorum, et misericordiam in se transeuntium contemplatione sortis mutuae flagitabant. Nemo respexit aliud praeter quam lucra crudelia. Nemo similis eventus recordatione trepidavit: nemo fecit alteri, quod pati voluit. Quid inter haec egerit Christi et Dei pontifex, qui Pontifices mundi hujus tanto plus pietate, quanto religionis veritate praecesserat, scelus est praeterire. Aggregatam primo in loco uno plebem de misericordiae bonis instituit, docens divinae lectione exemplis, quantum ad promerendum Deum prosint officia pietatis. Tunc

deinde subjungit non esse mirabile, si nostros tantum debito caritatis obsequio foveremus: eum perfectum posse fieri qui plus aliquid publicano vel ethnico fecerit: qui malum bono vincens, et divinae clementiae instar exercens, inimicos quoque dilexerit: qui pro persequentium se salute, sicuti Dominus monet et hortatur, orarit. Oriri Deus facit jugiter solem suum, et pluvias subinde nutriendis seminibus impertit; exhibens cuncta ista non suis tantum, sed etiam alienis; et qui se Dei etiam filium esse profitetur, cur non exemplum patris imitatur? Respondere, inquit, nos decet natalibus nostris, et quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit; sed probari potius in sobole traducem boni patris aemulatione bonitatis.

X. Multa alia, et quidem magna praetereo, quae temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari: de quibus hoc tantum dixisse satis est. Quod si illa gentiles pro rostris audire potuissent, forsitan statim crederent. Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. Multi qui angustia paupertatis beneficia sumtus exhibere non poterant, plus sumtibus exhibebant; compensantes proprio labore mercedem divitiis omnibus cariorem. Et quis non sub tanto doctore properarat inveniri in parte aliqua talis militiae, per

quam placeret et Deo Patri, et judici Christo, et tam bono interim sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod bonum est apud omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobias incomparabili pietate signatum est. Ignoscat ille, et ignoscat iterum, et frequenter ignoscat: aut, ut verius dixerim, merito concedat, tametsi ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum, cujus temporibus plenitudo debetur. Necatos ille a rege et projectos sui tantum generis colligebat.

XI. His tam bonis et tam piis actibus supervenit exilium. Hanc enim vicem semper repraesentat impietas, ut melioribus peiora restituat. Et quid sacerdos Dei Proconsule interrogante responderit, sunt acta, quae referant. Excluditur interim e civitate ille, qui fecerat boni aliquid pro civitatis salute; ille qui laboraverat ne viventium oculi paterentur infernae sedis horrorem; ille inquam, qui excubiis pietatis invigilans, pro nefas! ingrata bonitate providerat, ne omnibus tetram civitatis faciem relinquentibus, multos exsules deserta respublica, ac destituta patria sentiret. Sed viderit saeculum, cui inter poenas exilium computatur. Illis patria nimis cara, et commune nomen est cum parentibus: nos et parentes ipsos, si contra Dominum suaserint, abhorremus. Illis extra civitatem suam vivere gravis poena est: Christiano

totus hic mundus una domus est. Unde licet in abditum et abstrusum locum fuerit relegatus; admixtus Dei sui rebus, exilium non potest computare. Adde quod Deo integre serviens; etiam in propria civitate peregrinus est. Dum enim se carnalibus desideriis continentia sancti Spiritus abstinet, conversationem prioris hominis exponens; etiam inter cives suos, aut, prope dixerim, inter parentes ipsos, vitae terrestris alienus est. Accedit quod, etsi haec alias poena posset videri, in hujusmodi tamen causis atque sententiis, quas ad probandae virtutis experimenta perpetimur, non est poena, quia gloria est. Sed esto sane, nobis poena non sit exilium. Illis ultimum crimen et pessimum nefas etiam ipsorum conscientia testis adscribat, qui possunt innocentibus irrogare quod putant poenam. Nolo nunc describere loci gratiam, et deliciarum omnium paraturam interim transeo. Fingamus locum illum situ sordidum, squalidum visu, non salubres aquas habentem, non amoenitatem viroris, non viciniam litoris; sed rupes vastas silvarum inter inhospitas fauces desertae admodum solitudinis, avia mundi parte summotum. Posset licet talis locus habere nomen exilii, quo Cyprianus sacerdos Dei venerat; cui si hominum ministeria deficerent, vel alites ut Heliae, vel ut Danieli angeli ministrarent. Absit, absit ut credat aliquis cuilibet minimo, dummodo in confes-

sione nominis constituto aliquid defuturum. Tantum abest, ut Dei pontifex ille, qui misericordiae semper rebus institerat, horum omnium opibus indigeret.

XII. Jam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus; provisum esse divinitus etiam pro animo tanti viri apricum et competentem locum, hospitium pro voluntate secretum, et quidquid apponi eis ante promissum est, qui regnum et justitiam Dei quaerunt. Atque ut omittam frequentiam visitantium fratrum ipsorum et inde civium caritatem, quae repraesentabat omnia, quibus videbatur esse fraudatus; admirabilem visitationem Dei non praeteribo: qua antistitem suum sic in exilio esse voluit de secutura passione securum, ut imminentis martyrii pleniore fiducia, non exsulem tantummodo Curubis [3], sed et martyrem possideret. Eo enim die, quo primum in exilii loco mansimus; (nam et me inter domesticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exulem voluntarium, quod utinam et in passione licuisset!) apparuit mihi, inquit, nondum somni quiete sopito, juvenis ultra modum enormis: qui cum me quasi ad praetorium duceret, videbar mihi tribunali sedentis tum Proconsulis admoveri. Is ut in me respexit, adnotare statim coepit in tabula sententiam, quam non

3) Curubis, oppidulum Africae proconsularis.

sciebam. Nihil enim de me solita interrogatione quaesierat. Sed enim juvenis, qui a tergo ejus stabat, admodum curiosus legit quidquid fuerat adnotatum. Et quia inde verbis proferre non poterat, nutu declarante monstravit, quid in litteris tabulae illius haberetur. Manu enim expansa et complanata ad spatae modum, ictum solitae animadversionis imitatus: quod volebat intelligi, ad instar liquidi sermonis expressit. Intellexi sententiam passionis futuram. Rogare coepi et petere continuo, ut dilatio mihi vel unius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disponerem. Et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula coeperat nescio quid adnotare. Sensi tamen de vultus serenitate judicis mentem, quasi justa petitione commotam. Sed et ille juvenis, qui jam dudum de passionis indicio, gestu potius quam sermone prodiderat; clandestino identidem nutu concessam dilationem, quae in crastinum petebatur, contortis post invicem digitis, significare properavit. Ego quamvis non esset lecta sententia, etsi de gaudio dilationis acceptae laeto admodum corde gauderem; metu tamen interpretationis incertae sic tremebam, ut reliquiae formidinis, cor exultans, adhuc toto pavore pulsarent.

XIII. Quid hac revelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Ante illi praedicta sunt omnia quaecumque postmodum

ıbsecuta sunt. Nihil de Dei verbis immiutum, nihil de tam sancta promissione mulatum. Singula denique secundum quod stensa sunt recognoscite. Dilationem petit astini, cum de passionis sententia cogitareır, postulans ut res suas die illo quem imetraverat ordinaret. Hic dies unus significıbat annum, quo ille post visionem acturus saeculo fuerat. Nam, ut manifestius diım, eo die post exactum annum coronatus it, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. iem autem Domini, etsi non annum in divis litteris legimus, promissioni tamen futuroım debitum illud tempus accipimus. Unde bil interest, si nunc sub diei significatione lus annus ostensus est; quia illud plenius bet esse, quod majus est. Quod vero nutu otius, et non sermone explanatum est: reaesentationi temporis servabatur sermonis pressio. Solet enim tunc verbis quodcunıe proferri, quotiens quidquid profertur imetur. Nam et vere nemo cognovit, quare c ei ostensum fuisset, nisi quia post eodem quo id viderat, coronatus est. Medio hilominus tempore imminens passio pro oerab omnibus sciebatur: passionis tamen dies rtus ab iisdem omnibus, quasi ignorantibus, ebatur. Sane et in scripturis tale aliquid venio. Nam Zacharias sacerdos, promisso i per Angelum filio, quia non crediderat, mutuit; ita ut filii nomen scripturus potius,

quam relaturus, nutu tabulas postularet. Merito et hic, ubi Dei nuntius passionem antistitis imminentem nutu potius expressit; et fidem admonuit, et sacerdotem munivit. Dilationis autem petendae ratio de ordinatione rerum et de voluntatis dispositione veniebat. Quae vero res illi, aut quae voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici status? Suprema idcirco accepta dilatio est, ut quidquid circa pauperum fovendorum curam supremo judicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immo vero propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipsis qui ejecerant, et qui occisuri erant, admissa est; ut praesens et praesentes pauperes, novissimae dispensationis extremis, et, ut plenius dixerim, totis sumtibus relevaret. Ordinatis ergo tam pie rebus et sic pro voluntate dispositis, proximabat dies crastinus.

XIV. Jam de Xysto bono et pacifico sacerdote, beatissimo martyre, ab urbe nuntius venerat. Sperabatur jamiamque carnifex veniens, qui devota sanctissimae victimae colla percuteret, et sic erant omnes dies illi quotidiana exspectatione moriendi, ut corona posset singulis adscribi. Conveniebant interim plures egregii et clarissimi ordinis et sanguinis, sed et saeculi nobilitate generosi, qui propter amicitiam ejus antiquam, secessum subinde suaderent: et ne parum esset nuda suadela, etiam loca, in quae secederet, offere-

rebant. Ille vero jam mundum suspensa ad coelum mente, neglexerat, nec suadelis blandientibus annuebat. Fecisset fortasse tunc etiam quod a plurimis et fidelibus petebatur, si et divino imperio juberetur. Sed nec illa sublimis tanti viri gloria sine praeconio transeunda est: quia jam saeculo tumescente, et de fiducia principum infestationem nominis anhelante; ille servos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus dominicis instruebat, et ad calcandas passiones hujus temporis contemplatione superventurae claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit sacri cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis vota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur.

XV. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis: cum ecce Proconsulis jussu, ad hortos ejus (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei suae venditos, et Dei indulgentia restitutos, pro certo iterum in usus pauperum vendidisset, nisi invidiam de persecutione vitaret) cum militibus suis princeps repente subitavit, immo, ut verius dixerim, subitasse se credidit. Unde enim posset tamquam improviso impetu mens semper parata subitari? Processit ergo jam certus expungi quod diu fuerat retardatum: processit animo sublimi et erecto, hilaritatem praeferens vultu, et corde virtutem. Sed dilatus in crastinum, ad domum princi-

pis a praetorio revertebatur; cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor increbuit, productum esse jam Thascium, quem praeter celebrem gloriosa opinione notitiam, etiam de commemoratione praeclarissimi operis nemo non noverat. Concurrebant undique versus omnes ad spectaculum, nobis pro devotione fidei gloriosum, gentilibus et dolendum. Receptum eum tamen, et in domo principis constitutum una nocte continuit custodia delicata, ita ut convivae ejus et cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota sollicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores principis excubabat. Concessit ei tunc divina bonitas, vere digno, ut Dei populus etiam in sacerdotis passione vigilaret. Forsitan tamen quaerat aliquis, quae causa fuerit a praetorio revertendi ad principem? Et volunt hoc, scilicet quidam, de suo tunc Proconsulem noluisse. Absit ut in rebus divinitus gestis segnitiem sive fastidium Proconsulis conquerar. Absit ut malum hoc intra conscientiam religiosae mentis admittam; ut de tam beatissimo martyre ructus hominis judicaret. Sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio divina praedixerat, vere crastinus esse debebat.

XVI. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille divinus, quem si tyrannus ipse differre voluisset, nunquam prorsus valeret: dies de conscientia futuri marty-

ris laetus, et discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro sole radiatus. Egressus est domum principis, sed Christi et Dei princeps, et agminibus multitudinis mixtae ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhaerebat, quasi ad expugnandam mortem manu facta veniretur. Eundi autem interfuit transitus stadii. Bene vero et quasi de industria factum, ut et locum congruentis certaminis praeteriret, qui ad coronam justitiae consummato agone currebat. Sed ubi ad praetorium ventum est, nondum procedente Proconsule, secretior locus datus est. Illic cum post iter longum nimio sudore madidatus sederet; (sedile autem erat fortuito linteo tectum, ut et sub ictu passionis episcopatus honore frueretur) quidam ex tesserariis quondam Christianus, res suas obtulit, quasi vellet ille vestimentis suis humidis sicciora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quam si proficiscentis ad Deum martyris sudores jam sanguineos possideret. Cui ille respondit et dixit: Medelas adhibemus querelis, quae hodie forsitan non erunt. Mirum, si contemsit laborem corpore, qui mortem mente contemserat? Quid plura? Subito Proconsuli nuntiatus est. Producitur, admovetur, interrogatur de suo nomine: se esse respondit; et hactenus verba.

XVII. Legit itaque de tabula jam sententiam judex, quam nuper in visione non legerat; sententiam spiritalem non temere dicendam, sententiam Episcopo tali, et tali teste condignam; sententiam gloriosam, in qua dictus est sectae Signifer, et inimicus Deorum, et qui suis futurus esset ipse documento, et quod sanguine ejus inciperet disciplina sanciri. Nihil hac sententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quae dicta sunt, licet a gentili dicta, divina sunt. Nec mirum utique cum soleant de passione pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat: inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat: documento autem suis fuit, qui multis pari genere secuturis, prior in provincia martyrii primitias dedicavit. Sanciri etiam coepit ejus sanguine disciplina et martyrum, qui doctorem suum imitatione gloriae consimilis aemulati, ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt.

XVIII. Et cum exiret praetorii fores, ibat comes militum turba, et ne quid in passione deesset, centuriones et tribuni latus texerant. Ipse autem locus aequalis est, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte densatis sublime spectaculum praebeat. Sed per enormitatem spatii longioris visu denegato per confusam nimis turbam, personae faventes in ramos arborum repserant; ne vel hoc illi ne-

garetur, ut ad Zachaei similitudinem de arboribus videretur. Sed jam ligatis per manus suos oculis, moram carnificis urgere tentabat, cujus munus est ferrum; et labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, doneo ad perpetrandam pretiosi viri mortem, clarificationis hora matura, centurionis manum concesso desuper vigore firmatam, permissis tandem viribus expediret. O beatum ecclesiae populum! qui episcopo suo tali, et oculis pariter et sensibus, et, quod est amplius, publicata voce compassus est; et, sicut ipso tractante semper audierat, Deo judice coronatus est. Quamvis enim non potuerit evenire, quod optabant vota communia, ut consortio paris gloriae simul plebs tota pateretur: quicumque sub Christi spectantis oculis, et sub auribus sacerdotis ex animo pati voluit, per idoneum voti sui testem, legationis quodammodo litteras ad Deum misit.

XIX. Sic consummata passione perfectum est, ut Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Africa primus imbueret, quia et talis esse post Apostolos prior coeperat. Ex quo enim Carthagini episcopatus ordo numeratur, nunquam aliquis, quamvis ex bonis et sacerdotibus, ad passionem venisse memoratur. Licet semper Deo mancipata devotio, dicatis hominibus pro martyrio deputetur; Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino

consummante, profecit: ut in civitate ipsa, in qua taliter vixerat, et in qua prior fecerat multa praeclara, prior etiam sacerdotii coelestis insignia glorioso cruore decoraret. Quid hoc loco faciam? Inter gaudium passionis et remanendi dolorem, in partes divisus animus, et angustum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo, quod non comes fuerim? Sed illius victoria triumphanda est. De victoria triumphabo? Sed doleo, quod comes non sim. Verum vobis tamen et simpliciter confitendum est, quod et vos scitis, in hac me fuisse sententia. Multum ac nimis multum de gloria ejus exulto; plus tamen doleo, quod remansi.

XXIII.

ACTA PROCONSULARIA MARTYRII CYPRIANI.

(*Ex Ruinarti actis sinceris p.* 216. *sqq.*)

---

1. Imperatore Valeriano quartum et Gallieno tertium consulibus, tertio Calendarum Septembrium, Carthagine in secretario Paternus Proconsul Cypriano episcopo dixit: Sacratissimi Imperatores Valerianus et Gallienus, litteras ad me dari dignati sunt, quibus prae-

ceperunt eos, qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas ceremonias recognoscere. Exquisivi ergo de nomine tuo; quid mihi respondes? Cyprianus episcopus dixit: Christianus sum, et episcopus. Nullos alios Deos novi, nisi unum et verum Deum, qui fecit coelum et terram, mare et quae sunt in eis omnia. Huic Deo nos Christiani deservimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis et pro omnibus hominibus, et pro incolumitate ipsorum Imperatorum. Paternus Proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseveras? Cyprianus episcopus respondit: Bona voluntas, quae Deum novit, immutari non potest. Paternus Proconsul dixit: Poteris ergo secundum praeceptum Valeriani et Gallieni, exsul ad urbem Curubitanam proficisci? Cyprianus episcopus dixit: Proficiscor. Paternus Proconsul dixit: Non solum de episcopis verum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sint presbyteri qui in hac civitate consistunt. Cyprianus episcopus respondit: Legibus vestris bene atque utiliter censuistis, delatores non esse. Itaque detegi et deferri a me non possunt. In civitatibus autem suis invenientur. Paternus Proconsul dixit. Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cum disciplina prohibeat, ut quis se ultro offerat, et tuae quoque censurae hoc displiceat; nec offerre se ipsi possunt: sed a te exquisiti invenientur.

Paternus Proconsul dixit: A me invenientur. Et adjecit: Praeceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec coemeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre praeceptum non observaverit, capite plectetur. Cyprianus episcopus respondit: Fac quod tibi praeceptum est.

II. Tunc Paternus Proconsul jussit beatum Cyprianum episcopum in exilium deportari. Cumque diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno Proconsuli Galerius Maximus Proconsul, qui sanctum Cyprianum episcopum, ab exilio revocatum, sibi jussit praesentari. Cumque Cyprianus sanctus martyr electus a Deo, de civitate Curubitana, in qua exilio praecepto Aspasii Paterni tunc Proconsulis datus fuerat, regressus esset; ex sacro praecepto in suis hortis manebat. Inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut illi ostensum fuerat; et cum illic demoraretur, repente Idibus Septembris, Tusco et Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo, unus Strator officii Galerii Maximi Proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat; et alius Equistrator a custodiis ejusdem officii; qui et in curriculum eum levaverunt, in medioque posuerunt, et in Sexti [1]) perduxerunt; ubi idem Galerius

1) Locum ita appellatum esse censet Ruinartus, quod sexto ab urbe lapide distabat; rectius subintelligitur: horti sive vicus; ut paulo post legitur vicus Saturni. Capite quinto horum actorum legitur: ager Sexti.

Maximus Proconsul, bonae valetudinis recuperandae gratia, secesserat. Et ita idem Galerius Maximus Proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reservari praecepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus, ad principem et Stratorem ejusdem officii Galerii Maximi Proconsulis clarissimi viri secessit; et in hospitio ejus cum eo in vico, qui dicitur Saturni, inter Veneream et Salutariam [2]) mansit. Illuc universus populus fratrum convenit. Et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri puellas praecepit, quoniam omnes in vico, ante januam hospitii principis manserant.

III. Et ita altera die octava decima Calendarum Octobrium, mane multa turba convenit ad Sexti, secundum praeceptum Galerii Maximi Proconsulis. Et ita idem Galerius Maximus Proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri praecepit, in atrio sauciolo [3]) sedenti. Cumque oblatus fuisset, Galerius Maximus Proconsul Cypriano episcopo dixit: Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus episcopus respondit: Ego sum. Galerius Maximus Proconsul dixit: Tu Papam te sacrilegae mentis hominibus praebuisti? Cyprianus episcopus respondit: Ego. Galerius Maximus Proconsul dixit: jusserunt

---

2) Viae sunt sine dubio.

3) Quid sit atrium sauciolum nescitur. Ruinarto sauciolum videtur esse cognomen atrii, quod rei ibi interficerentur.

te sacratissimi Imperatores ceremoniari. Cyprianus episcopus dixit: Non facio. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus episcopus respondit: Fac quod tibi praeceptum est. In re tam justa nulla est consultatio.

IV. Galerius Maximus collocutus cum concilio, sententiam vix aegre dixit verbis hujusmodi: Diu sacrilega mente vixisti, et plurimos nefariae tibi conspirationis homines aggregasti, et inimicum te Diis Romanis et sacris legibus constituisti, nec te pii et sacratissimi principes Valerianus et Gallienus Augusti, et Valerianus nobilissimus Caesar, ad sectam ceremoniarum suarum revocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor et signifer deprehensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti: sanguine tuo sancietur disciplina. Et his dictis decretum ex tabella recitavit: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus episcopus dixit: Deo gratias.

V. Post hanc vero sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est, et multa turba eum prosecuta est. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus est, et ibi se lacerna exspoliavit, et genu in terra flexit, et in orationem se Domino prostravit. Et cum se dalmatica exspoliasset, et

Diaconibus tradidisset, in linea [4]) stetit, et coepit spiculatorem sustinere. Cum venisset autem spiculator, jussit suis ut eidem spiculatori viginti quinque aureos darent. Linteamina vero et manualia a fratribus ante eum mittebantur. Postea vero beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Julianus presbyter et Julianus subdiaconus ei ligaverunt. Ita beatus Cyprianus passus est; ejusque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. Inde per noctem sublatum cum cereis et scholacibus [5]), ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quae sunt in via Mappaliensi juxta piscinas, cum voto et triumpho magno deductum est. Post paucos autem dies Galerius Maximus Proconsul decessit.

VI. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octava decima Calendarum Octobrium, sub Valeriano et Gallieno Imperatoribus; regnante vero Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

---

4) Linea sc. veste.

5) Faces sunt sive funalia secundum Cangii glossarium.

XXIV.

EDICTUM GALLIENI PRO CHRISTIANIS.

(Euseb. H. E. VII, 13.)

Haec Gallieni lex liberam Christianis Deum Christumque colendi potestatem primum dedit (anno 259.) pacemque post gravissimas vexationes conciliavit ad Diocletiani tempora durantem usque.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίννιος Γαλλιηνός, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Σεβαστός· Διονυσίῳ [1]) καὶ Πιννᾷ καὶ Δημητρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις.

Τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα· ὅπως ἀπὸ τῶν τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωσι [2]). Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν ἐνοχλεῖν. Καὶ τοῦτο ὅπερ κατὰ τὸ ἐξὸν δύναται ὑφ' ὑμῶν ἀναπληροῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλοῦ ὑπ' ἐμοῦ συγκεχώρηται, καὶ διὰ τοῦτο Αὐρήλιος Κυρήνιος, ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων [3]), τὸν τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει.

---

1) Utrum Dionysius Alexandrinus sit, nec ne, incertum est.

2) Gentiles scilicet.

3) h. e. procurator summae rei, qui VII, 10. dicebatur ὁ ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων.

XXV.
DE PERSECUTIONE REGNANTE DIOCLETIANO.

(*Ex Euseb. H. E.* VIII, 1—5.)

Acerrima persecutio, quae regnante Diocletiano, instigante potissimum Galerio, Christianos vexavit eo gravior iis videbatur et atrocior, quo longiore pace inde a Gallieno usi erant. Eusebius quae in hac persecutione gesta sunt accuratius narrat, cum ipsius temporibus agerentur. Primum quantae fuerint Christianorum res exponit, deinde malorum causas enarrat et persecutionis initium, Nicomediae a. 303.

I. Ὅσης μὲν καὶ ὁποίας πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ δόξης ὁμοῦ καὶ παῤῥησίας, ὁ διὰ Χριστοῦ τῷ βίῳ κατηγγελμένος τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας λόγος παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἠξίωτο, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως διηγήσασθαι. Τεκμήρια δ' ἂν γένοιτο, τῶν κρατούντων αἱ περὶ τοὺς ἡμετέρους δεξιώσεις, οἷς καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἐνεχείριζον ἡγεμονίας, τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας, κατὰ πολλὴν ἣν ἀπέσωζον περὶ τὸ δόγμα φιλίαν, αὐτοὺς ἀπαλλάττοντες. Τί δεῖ περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς λέγειν οἴκους, καὶ τῶν ἐπὶ πᾶσιν

ἀρχόντων, οἱ τοῖς οἰκείοις εἰς πρόσωπον ἐπὶ τῷ θείῳ παῤῥησιαζομένοις λόγῳ τε καὶ βίῳ, συνεχώρουν γαμεταῖς καὶ παισὶ καὶ οἰκέταις, μονονουχὶ καὶ ἐγκαυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς πίστεως ἐπιτρέποντες· οὓς ἐξόχως καὶ μᾶλλον τῶν συνθεραπόντων ἀποδεκτοὺς ἡγοῦντο. Οἷος ἐκεῖνος ἦν Δωρόθεος [1]) πάντων αὐτοῖς εὐνούστατός τε καὶ πιστότατος, καὶ τούτων ἕνεκα διαφερόντως παρὰ τοὺς ἐν ἀρχαῖς καὶ ἡγεμονίαις αὐτοῖς τιμιωτάταις ἐντιμότατος· ὅ, τε σὺν αὐτῷ περιβόητος Γοργόνιος, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς ὁμοίως τούτοις ἠξίωντο διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τιμῆς· οἵας τε καὶ τοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν ἄρχοντας παρὰ πᾶσιν ἐπιτρόποις καὶ ἡγεμόσιν ἀποδοχῆς καὶ θεραπείας καὶ δεξιώσεως οὐ τῆς τοχούσης ἦν ὁρᾶν ἀξιουμένους. Πῶς δ᾽ ἄν τις διαγράψειε τὰς μυριάνδρους ἐκείνας ἐπισυναγωγάς, καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς; ὧν δὴ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων ἐκκλησίας. Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προϊόντα, ὁσημέραι τε εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἐπιδιδόντα, οὐδεὶς ἀνεῖργε φθόνος, οὐδέ τις δαίμων πονηρὸς οἷός τε ἦν βασκαίνειν, οὐδ᾽ ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς κωλύειν, ἐς ὅσον ἡ θεία καὶ οὐράνιος χεὶρ ἔσκεπέ τε καὶ ἐφρούρει, οἷα δὴ ἄξιον ὄντα τὸν ἑαυτῆς λαόν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς ἐπὶ πλέον ἐλευ-

---

1) Praepositus erat cubiculi Imperatoris aut Diocletiani aut Galerii.

θερίας, ἐπιχαυνότητα καὶ νωθρίαν, τὰ καθ' ἡμᾶς μετηλλάττετο, ἄλλων ἄλλοις διαφθονουμένων καὶ διαλοιδορουμένων καὶ μονονουχὶ ἡμῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπολεμούντων ὅπλοις, εἰ οὕτω τύχοι, καὶ δόρασι τοῖς διὰ λόγων· ἀρχόντων τε ἄρχουσι προσρηγνύντων, καὶ λαῶν ἐπὶ λαοὺς καταστασιαζόντων, τῆς τε ὑποκρίσεως ἀφάτου καὶ τῆς εἰρωνείας ἐπὶ πλεῖστον ὅσον κακίας προϊούσης, ἡ μὲν δὴ θεία κρίσις, οἷα φίλον αὐτῇ, πεφεισμένως, τῶν ἀθροισμάτων ἔτι συγκροτουμένων, ἠρέμα καὶ μετρίως τὴν αὐτῆς ἐπισκοπὴν ἀνεκίνει· ἐκ τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τοῦ διωγμοῦ [2]). Ὡς δ' ἀνεπαισθήτως ἔχοντες, οὐχ ὅπως εὐμενὲς καὶ ἵλεω καταστήσεσθαι τὸ θεῖον προὐθυμούμεθα, οἷα δέ τινες ἄθεοι ἀφρόντιστα καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡγούμενοι, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις προσετίθεμεν κακίας· οἵ τε δοκοῦντες ἡμῶν ποιμένες τὸν τῆς θεοσεβείας θεσμὸν παρωσάμενοι, ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἀνεφλέγοντο φιλονεικίαις, αὐτὰ δὴ ταῦτα μόνα, τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπειλὰς, τόν τε ζῆλον καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἔχθος τε καὶ μῖσος ἐπαύξοντες, οἷά τε τυραννίδας τὰς φιλαρχίας ἐκθύμως διεκδικοῦντες· τότε δὴ τότε κατὰ τὴν φάσκουσαν τοῦ Ἱερεμίου φωνήν, ἐγνόφωσεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ Κύριος τὴν θυγατέρα Σιὼν καὶ κατέρριψεν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν δόξασμα Ἰσραήλ, οὐκ

2) Galerius jam ante a. 303. legatos, tribunos, centuriones Christianos gradu dejicere et Romanorum Deorum cultores in eorum locum substituere solebat.

ἐμνήσθη τε ὑποποδίου ποδῶν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ κατεπόντισε Κύριος πάντα τὰ ὡραῖα Ἰσραὴλ καὶ καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ· κατά τε τὰ ἐν ψαλμοῖς προθεσπισθέντα, κατέστρεψε τὴν διαθήκην τοῦ δούλου αὐτοῦ, καὶ ἐβεβήλωσεν εἰς γῆν διὰ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, καὶ καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθετο τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν, διήρπασάν τε τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν. Καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις, ὄνειδος ἐγενήθη τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ· ὕψωσε γὰρ τὴν δεξίαν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπέστρεψε τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβετο αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ· ἀλλὰ καὶ κατέλυσεν ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτόν, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξεν, ἐσμίκρυνέ τε τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ πᾶσι κατέχεεν αὐτοῦ αἰσχύνην.

II. Συντετέλεσται δῆτα καθ᾽ ἡμᾶς ἅπαντα, ὁπηνίκα τῶν μὲν προσευκτηρίων τοὺς οἴκους ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θεμελίοις καταῤῥιπτουμένους, τὰς δὲ ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραφὰς κατὰ μέσας ἀγορὰς πυρὶ παραδιδομένας αὐτοῖς ἐπείδομεν ὀφθαλμοῖς, τούς τε τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένας αἰσχρῶς ὧδε κἀκεῖσε κρυπταζομένους· τοὺς δὲ ἀσχημόνως ἁλισκομένους καὶ πρὸς τῶν ἐχθρῶν καταπαιζομένους· ὅτε καὶ κατ᾽ ἄλλον προφητικὸν ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ᾽ ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ καὶ οὐχ ὁδῷ. Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐχ ἡμέτερον διαγράφειν τὰς ἐπὶ τέλει σκυθρωπὰς συμφοράς, ἐπεὶ καὶ τὰς

πρό-

πρόσθεν τοῦ διωγμοῦ διαστάσεις τε αὐτῶν εἰς ἀλλήλους καὶ ἀτοπίας, οὐχ ἡμῖν οἰκεῖον μνήμῃ παραδιδόναι. Διὸ καὶ πλέον οὐδὲν ἱστορῆσαι περὶ αὐτῶν ἔγνωμεν, ἢ δι' ὧν ἂν τὴν θείαν δικαιώσαιμεν κρίσιν. Οὐκοῦν οὐδὲ τῶν πρὸς τοῦ διωγμοῦ πεπειραμένων, ἢ τῶν εἰς ἅπαν τῆς σωτηρίας νεναυαγηκότων, αὐτῇ τε γνώμῃ τοῖς τοῦ κλύδωνος ἐναποῤῥιφέντων βυθοῖς, μνήμην ποιήσασθαι προήχθημεν· μόνα δὲ ἐκεῖνα τῇ καθόλου προσθήσομεν ἱστορίᾳ, ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας. Ἴωμεν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη, τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες.

Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον [3]) τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας. Δύστρος μὴν, λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους, ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης, ἥπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν ἐν τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερεῖσθαι προαγορεύοντα. Καὶ ἡ μὲν πρώτη καθ' ἡμῶν γραφὴ τοιαύτη τις ἦν· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας τοὺς κατὰ πάντα τόπον, πρῶτα μὲν δεσμοῖς

3) Secundum aeram Dionysianam annus 303. p. Chr. n.

παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

III. Τότε δὴ οὖν τότε πλεῖστοι μὲν ὅσοι τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντες, δειναῖς αἰκίαις προθύμως ἐναθλήσαντες μεγάλων ἀγώνων ἱστορίας ἐπεδείξαντο· μύριοι δ' ἄλλοι τὴν ψυχὴν ὑπὸ δειλίας προναρκήσαντες, προχείρως οὕτως ἀπὸ πρώτης ἐξησθένησαν προσβολῆς, τῶν δὲ λοιπῶν ἕκαστος εἴδη διάφορα βασάνων ἐνήλαττεν· ὁ μὲν μάστιξιν αἰκιζόμενος τὸ σῶμα, ὁ δὲ στρεβλώσεσι καὶ ξεσμοῖς ἀνυπομονήτοις τιμωρούμενος, ἐφ' οἷς ἤδη τινὲς οὐκ αἴσιον ἀπηνέγκαντο τοῦ βίου τέλος. Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἄλλως τὸν ἀγῶνα διεξῄεσαν· ὁ μὲν γάρ τις ἑτέρων βίᾳ συνωθούντων καὶ ταῖς παμμιάροις καὶ ἀνάγνοις προσαγόντων θυσίαις, ὡς τεθυκὼς ἀπηλλάττετο, καὶ εἰ μὴ τεθυκὼς ἦν· ὁ δὲ μηδ' ὅλως προςπελάσας, μηδέ τινος ἐναγοῦς ἐφαψάμενος, εἰρηκότων δ' ἑτέρων ὅτι τεθύκοι, σιωπῇ φέρων τὴν συκοφαντίαν ἀπῄει· ἄλλος ἡμιθανὴς αἰρόμενος, ὡς ἂν ἤδη νεκρὸς ἐῤῥίπτετο. Καί τις αὖ πάλιν ἐπ' ἐδάφους κείμενος, μακρὰν ἐσύρετο τοῖν ποδοῖν, ἐν τεθυκόσιν αὐτοῖς λελογισμένος· ὁ δέ τις ἐβόα, καὶ μεγάλῃ διεμαρτύρετο φωνῇ τῆς θυσίας τὴν ἄρνησιν· καὶ ἄλλος χριστιανὸς εἶναι ἐκεκράγει, τῇ τοῦ σωτηρίου προσρήματος ὁμολογίᾳ λαμπρυνόμενος· ἕτερος τὸ μὴ τεθυκέναι, μήτε θύσειν ποτὲ διετείνετο. Ὅμως δ' οὖν καὶ οἵδε πολυχειρίᾳ τῆς ἐπὶ τοῦτο τεταγμένης στρατιωτικῆς παρατάξεως κατὰ στόματος παιόμενοι καὶ κατασιγαζόμενοι, κατά τε προσώπου καὶ παρειῶν τυπτόμενοι, με-

τὰ βίας ἐξωθοῦντα. Οὕτως ἐξ ἅπαντος οἱ τῆς θεοσεβείας ἐχθροὶ τὸ δοκεῖν ἠνυκέναι, περὶ πολλοῦ ἐτίθεντο· ἀλλ᾽ οὐ καὶ κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῖς μαρτύρων ταῦτα προὐχώρει, ὧν εἰς ἀκριβῆ διήγησιν τίς ἂν ἡμῖν ἐξαρκέσειε λόγος.

IV. Μυρίους μὲν γὰρ ἱστορῆσαι ἄν τις θαυμαστὴν ὑπὲρ εὐσεβείας τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐνδεδειγμένους προθυμίαν· οὐκ ἐξότουπερ μόνον ὁ κατὰ πάντων ἀνεκινήθη διωγμὸς, πολὺ πρότερον δὲ καθ᾽ ὃν ἔτι τὰ τῆς εἰρήνης συνεκροτεῖτο. Ἄρτι γὰρ ἄρτι πρῶτον ὥσπερ ἀπὸ κάρου βαθέος ὑποκινουμένου τοῦ ταύτην τὴν ἐξουσίαν εἰληφότος, κρύβδην τε ἔτι καὶ ἀφανῶς μετὰ τὸν ἀπὸ Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ μεταξὺ χρόνον ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιχειροῦντος, οὐκ ἀθρόως τε τῷ καθ᾽ ἡμῶν ἐπαποδυομένου πολέμῳ, ἀλλ᾽ ἔτι τῶν κατὰ τὰ στρατόπεδα μόνων ἀποπειρωμένου· ταύτῃ γὰρ καὶ τοὺς λοιποὺς ἁλῶναι ῥᾳδίως ᾤετο, εἰ πρότερον ἐκείνων καταγωνισάμενος περιγένοιτο· πλείστους παρῆν τῶν ἐν στρατείαις ὁρᾶν ἀσμενέστατα τὸν ἰδιωτικὸν προασπαζομένους βίον, ὡς ἂν μὴ ἔξαρνοι γένοιντο τῆς περὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν εὐσεβείας. Ὡς γὰρ ὁ στρατοπεδάρχης, ὅστις ποτὲ ἦν ἐκεῖνος, ἄρτι πρῶτον ἐνεχείρει τῷ κατὰ τῶν στρατευμάτων διωγμῷ, φυλοκρίνων καὶ διακαθαίρων τοὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἀναφερομένους, αἵρεσίν τε διδοὺς, ἢ πειθαρχοῦσιν ἧς μετῆν αὐτοῖς ἀπολαύειν τιμῆς, ἢ τοὐναντίον στέρεσθαι ταύτης, εἰ ἀντιτάττοιντο τῷ προστάγματι· πλεῖστοι ὅσοι τῆς Χριστοῦ βασιλείας στρατιῶται, τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν, μὴ

μελλήσαντες τῆς δοκούσης δόξης καὶ εὐπραγίας ἧς εἶχον, ἀναμφιλόγως προυτίμησαν. Ἤδη δὲ σπανίως τούτων εἷς που καὶ δεύτερος, οὐ μόνον τῆς ἀξίας τὴν ἀποβολήν, ἀλλὰ καὶ θάνατον τῆς εὐσεβοῦς ἐνστάσεως ἀντικατηλλάττοντο, μετρίως πως ἤδη τότε τοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεργοῦντος καὶ μέχρις αἵματος ἐπ' ἐνίων φθάνειν ἐπιτολμῶντος, τοῦ πλήθους ὡς ἔοικε τῶν πιστῶν δεδιττομένου τε αὐτὸν ἔτι καὶ ἀποκναίοντος, ἐπὶ τὸν κατὰ πάντων ἀθρόως ἐφορμῆσαι πόλεμον. Ὡς δὲ καὶ γυμνότερον ἐπαπεδύετο, οὐδ' ἔστι λόγῳ δυνατὸν ἀφηγήσασθαι, ὅσους καὶ ὁποίους τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ὀφθαλμοῖς παρῆν ὁρᾶν, τοῖς ἀνὰ πάσας τάς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας οἰκοῦσιν.

V. Αὐτίκα γοῦν τῶν οὐκ ἀσήμων τις, ἀλλὰ καὶ ἄγαν κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ νενομισμένας ὑπεροχὰς ἐνδοξοτάτων, ἅμα τῷ τὴν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ προτεθῆναι γραφήν, ζήλῳ τῷ κατὰ Θεὸν ὑποκινηθεὶς διαπύρῳ τε ἐφορμήσας τῇ πίστει, ἐν προφανεῖ καὶ δημοσίᾳ κειμένην, ὡς ἀνοσίαν καὶ ἀσεβεστάτην ἀνελὼν σπαράττει, δυεῖν ἐπιπαρόντων κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν βασιλέων [4]), τοῦ τε πρεσβυτάτου τῶν ἄλλων, καὶ τοῦ τὸν τέταρτον ἀπὸ τούτου τῆς ἀρχῆς ἐπικρατοῦντος βαθμόν. Ἀλλ' οὗτος μὲν τῶν τηνικάδε πρῶτος τοῦτον διαπρέψας τὸν τρόπον,

---

4) Diocletianus Augustus et Galerius Caesar Nicomediae erant; Diocletianus dicitur *ὁ πρεσβύτατος* et Galerius *τέταρτον βαθμὸν ἐπικρατῶν*. Regnabant enim praeter hos Herculius Maximianus, Augustus, et Constantius Chlorus, Caesar.

ἅμα τε τοιαῦτα οἷα καὶ εἰκὸς ἦν ὑπομείνας, ὡς ἂν ἐπὶ τοιούτῳ τολμήματι, τὸ ἄλυπον καὶ ἀτάραχον εἰς αὐτὴν τελευταίαν διετήρησεν ἀναπνοήν.

XXVI.

DE EADEM PERSECUTIONE REGNANTE DIOCLETIANO.

(Ex Lactant. de mortibus persecutorum c. 10 — 16.)

Diserte quidem, sed non sine partium studio, acerbissimam hanc Diocletiani vexationem narrat Lactantius, quem autorem esse libri de mortibus persecutorum nullus dubito. Conferenda sunt quae ex Eusebii lib. VIII. modo allata sunt cum hac Lactantii narratione. — Ultima cap. 9. verba praemisi, ut orationis series perspici posset; agit autor de Diocletiano, quem pessimos socios adhibuisse ait, inprimis propter Galerium adscitum.

Cum rempublicam talibus consiliis et talibus sociis everteret, cum pro sceleribus suis nihil non mereretur, tamdiu tamen summa felicitate regnavit quamdiu manus suas justorum sanguine non inquinaret. Quam vero causam persequendi habuerit, exponam.

10. Cum ageret in partibus orientis, ut erat pro timore scrutator rerum futurarum, immolabat pecudes, et in jecoribus eorum ventura quaerebat. Tum quidam ministrorum scientes Dominum, cum adsisterent immolanti, imposuerunt frontibus suis immortale signum. Quo facto, fugatis daemonibus, sacra turbata sunt. Trepidabant aruspices, nec solitas in extis notas videbant, et quasi non litassent, saepius immolabant. Verum identidem mactatae hostiae nihil ostendebant, donec magister ille aruspicum Tagis, seu suspicione, seu visu, ait idcirco non respondere sacra, quod rebus divinis profani homines interessent. Tunc ira furens sacrificare non eos tantum qui sacris ministrabant, sed universos qui erant in palatio jussit, et in eos, si detrectassent, verberibus animadverti; datisque ad praepositos litteris, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia praecepit, ut qui non paruissent, militia solverentur. Hactenus furor ejus et ira processit; nec amplius quidquam contra legem aut religionem Dei fecit. Deinde interjecto aliquanto tempore in Bithyniam venit hiematum; eodemque tum Maximianus [1]) quoque Caesar inflammatus scelere advenit, ut ad persequendos Christianos instigaret senem vanum, qui jam principium

---

1) Galerium intellige; cui nomina erant: Galerius Valerius Maximianus.

fecerat. Cujus furoris hanc causam fuisse, cognovi.

11. Erat mater ejus Deorum montium [2]) cultrix mulier admodum superstitiosa, quae cum esset, dapibus sacrificabat pene quotidie, ac vicariis suis epulis exhibebat [3]). Christiani abstinebant; et illa cum gentibus epulante, jejuniis hi et orationibus insistebant. Hinc concepit odium adversus eos, ac filium suum non minus superstitiosum querelis muliebribus ad tollendos homines incitavit. Ergo habito inter se per totam hiemem consilio, cum nemo admitteretur, et omnes de summo statu reipublicae tractari arbitrarentur, diu senex furori ejus repugnavit, ostendens quam perniciosum esset inquietari orbem terrae, fundi sanguinem multorum, illos libenter mori solere. Satis esse si palatinos tantum ac milites ab ea religione prohiberet. Nec tamen deflectere potuit praecipitis hominis insaniam. Placuit ergo amicorum sententiam experiri. Nam erat hujus malitiae. Cum bonum quid facere decrevisset, sine consilio faciebat, ut ipse laudaretur; cum autem malum, quoniam id reprehendendum sciebat, in consilium multos advocabat, ut aliorum culpae adscri-

2) Turbata sunt haec et corrupta in codd. Graevius scripsit: Deae montium cultrix; Dea vero montium Diana esse potest, seu Cybele.

3) Ita legunt codd. M SS. sed certe legendum est: epulas exhibebat, quod Bünemannus in textum recepit.

beretur: quidquid ipse deliquerat. Admissi ergo judices pauci et pauci militares, ut dignitate antecedebant, interrogabantur. Quidam proprio adversus Christianos odio, inimicos Deorum et hostes religionum publicarum tollendos esse censuerunt, et qui aliter sentiebant, intellecta hominis voluntate, vel timentes, vel gratificari volentes, in eandem sententiam congruerunt. Nec sic quidem flexus est Imperator ut accommodaret assensum, sed Deos potissimum consulere statuit, misitque aruspicem ad Apollinem Milesium. Respondit ille ut divinae religionis inimicus. Traductus est itaque a proposito. Et quoniam nec amicis nec Caesari nec Apollini poterat reluctari, hanc moderationem tenere conatus est, ut eam rem sine sanguine transigi juberet, cum Caesar vivos cremari vellet qui sacrificio repugnassent.

12. Inquiritur peragendae rei dies aptus et felix, ac potissimum Terminalia deliguntur, quae sunt ad septimum Calendas Martias, ut quasi terminus imponeretur huic religioni. Ille dies primus leti primusque malorum causa fuit, quae et ipsis et orbi terrarum acciderunt. Qui dies cum illuxisset, agentibus Consulatum senibus ambobus octavum et septimum, repente adhuc dubia luce ad ecclesiam profectus cum ducibus et tribunis et rationalibus venit; et revulsis foribus, simulacrum Dei quaeritur. Scripturae repertae in-

cenduntur; datur omnibus praeda. Rapitur, trepidatur, discurritur. Ipsi vero in speculis (in alto enim constituta ecclesia ex palatio videbatur) diu inter se concertabant utrum ignem potius supponi oporteret. Vicit sententia Diocletianus, cavens, ne magno incendio facto pars aliqua civitatis arderet. Nam multae ac magnae domus ab omni parte cingebant. Veniebant igitur praetoriani acie structa cum securibus et aliis ferramentis; et immissi undique, tamen [4]) illud editissimum paucis horis solo adaequarunt.

13. Postridie propositum est edictum quo cavebatur, ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subjecti essent ex quocunque ordine aut gradu venirent, adversus eos omnes actio caleret, ipsi non de injuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere possent, libertatem denique ac vocem non haberent. Quod edictum quidam, etsi non recte, magno tamen animo diripuit et conscidit, cum irridens diceret victorias Gothorum et Sarmatharum praepositas; statimque productus, non modo extortus, sed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia postremo exustus est.

14. Sed Caesar non contentus est edicti legibus. Aliter Diocletianum aggredi parat. Nam ut illum ad propositum crudelissimae persecutionis impelleret, occultis ministris pa-

4) Pro: tamen, legendum forsan est: culmen sive templum.

latio subjecit incendium. Et cum pars quaedam conflagrasset, Christiani arguebantur velut hostes publici, et cum ingenti invidia simul cum palatio Christianorum nomen ardebat: illos consilio cum eunuchis habito, de exstinguendis principibus cogitasse, duos Imperatores domi suae pene vivos esse combustos. Diocletianus vero, qui semper se volebat videri astutum et intelligentem, nihil potuit suspicari, sed ira inflammatus, excarnificari omnes suos protinus praecepit. Sedebat ipse, atque innocentes igne torrebat. Item judices universi, omnes denique qui erant in palatio magistri, data potestate torquebant. Erant certantes quis prior aliquid inveniret. Nihil usquam reperiebatur; quippe cum familiam Caesaris nemo torqueret. Aderat ipse et instabat, nec patiebatur iram inconsiderati senis deflagrare. Sed quindecim diebus interjectis, aliud rursum incendium molitus est. Sed celerius animadversum, nec tamen autor apparuit. Tunc Caesar medio hiemis profectione parata prorupit, eodem die contestans fugere se, ne vivus arderet.

15. Furebat ergo Imperator jam non in domesticos tantum, sed in omnes, et primam omnium filiam Valeriam conjugemque Priscam sacrificio pollui coëgit. Potentissimi quondam eunuchi necati, per quos palatium et ipse ante constabat. Comprehensi presbyteri ac ministri, et sine ulla probatione ad

confessionem damnati, cum omnibus suis deducebantur. Omnis sexus et aetatis homines ad exustionem rapti. Nec singuli, quoniam tanta erat multitudo, et gregatim circumdato igni ambiebantur domestici, alligatis ad collum molaribus mari mergebantur, nec minus in ceterum populum persecutio violenter incubuit. Nam judices per omnia templa dispersi, universos ad sacrificia cogebant. Pleni carceres erant. Tormentorum genera inaudita excogitabantur; et ne cui temere jus diceretur, arae in secretariis ac pro tribunali positae, ut litigatores prius sacrificarent, atque ita causas suas dicerent. Sic ergo ad judices tamquam ad deos adiretur. Etiam litterae ad Maximianum atque Constantium commeaverant, ut eadem facerent. Eorum sententia in tantis rebus exspectata non erat. Et quidem senex Maximianus libens paruit per Italiam, homo non adeo clemens. Nam Constantius, ne dissentire a majorum praeceptis videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est, verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.

16. Vexabatur ergo universa terra, et praeter Gallias, ab oriente usque ad occasum tres acerbissimae bestiae saeviebant. Non mihi si linguae centum, oraque centum, ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas, omnia poenarum percurrere nomina

possem, quae judices per provincias justis atque innocentibus intulerunt. Verum quid opus est illa narrare, praecipue tibi, Donate carissime, qui praeter ceteros tempestatem turbidae persecutionis expertus es? Nam cum incidisses in Flaccinum Praefectum, non pusillum homicidam, deinde in Hieroclem ex vicario Praesidem, qui autor et consiliarius ad faciendam persecutionem fuit, postremo in Priscillianum successorem ejus, documentum omnibus invictae fortitudinis praebuisti. Novies enim tormentis cruciatibusque variis subjectus, novies adversarium gloriosa confessione vicisti. Novem proeliis Zabulum cum satellitibus suis debellasti, novem victoriis saeculum cum suis terroribus triumphasti. Quam jucundum illud spectaculum Deo fuit cum victorem te cerneret, non candidos equos, aut immanes elephantos, sed ipsos potissimum triumphatores currui tuo subjugantem? Hic est verus triumphus cum dominatores dominantur. Victi enim tua virtute ac subjugati sunt, quandoquidem nefanda jussione contemta, omnes apparatus ac terriculas tyrannicae potestatis fide stabili et robore animi profligasti. Nihil adversus te verbera, nihil ungulae, nihil ignis, nihil ferrum, nihil varia tormentorum genera valuerunt. Adimere tibi fidem ac devotionem nulla vis potuit. Hoc est esse discipulum Dei, hoc est militem Christi, quem nullus hostis expugnet, nullus

lupus de castris coelestibus rapiat, nullus laqueus inducat, nullus dolor vincat, nullus cruciatus affligat. Denique post illas novem gloriosissimas pugnas, quibus a te Zabulus victus est, non est ausus ulterius congredi tecum, quem tot proeliis expertus est non posse superari. Et cum tibi parata esset victrix corona, desiit amplius provocare, ne jam sumeres. Quam licet non acceperis in praesenti, tamen integra tibi pro virtutibus tuis et meritis in regno Dei reservatur.

XXVII.

EDICTUM GALERII PRO CHRISTIANIS.

(*Euseb. H. E.* VIII, 17.)

Galerius, nomini Christiano infestissimus, denique paulo ante obitum edictum hoc proposuit, quo vexationes Christianorum vetaret. Morbo foedissimo laborabat et forsan nulla alia edicti causa erat, quam spes ejus, fore ut Christiani preces ad Deum suum, quem jam potentissimum esse sibi persuaserat, funderent, si ani-

mum imperatoris mutatum perspexissent. Annus edicti est 311.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος, Ἀνίκητος, Σεβαστός, Ἀρχιερεὺς μέγιστος, Γερμανικὸς Μέγιστος, Αἰγυπτιακὸς Μέγιστος, Θηβαϊκὸς Μέγιστος, Σαρματικὸς Μέγιστος, πεντάκις Περσῶν Μέγιστος, δὶς Καρπῶν Μέγιστος, ἑξάκις Ἀρμενίων Μέγιστος, Μήδων Μέγιστος, Ἀδιαβηνῶν Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστόν, Αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον, Ὕπατος τὸ ὄγδοον, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος· καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλαύιος Οὐαλέριος Κωνσταντῖνος, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Ἀνίκητος, Σεβαστός, Ἀρχιερεὺς Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας, Αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, Ὕπατος, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος· καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικιννιανός, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Ἀνίκητος, Σεβαστός, Ἀρχιερεὺς Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον, Αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, Ὕπατος, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν.

Μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἅπερ ὑπὲρ τοῦ χρησίμου καὶ λυσιτελοῦς τοῖς δημοσίοις διατυπούμεθα, ἡμεῖς μὲν βεβουλήμεθα πρότερον κατὰ τοὺς ἀρχαίους νόμους καὶ τὴν δημοσίαν ἐπιστήμην τὴν τῶν Ῥωμαίων, ἅπαντας ἐπανορθώσασθαι, καὶ τούτου πρόνοιαν ποιήσασθαι, ἵνα καὶ οἱ χριστιανοί, οἵτινες τῶν γονέων τῶν ἑαυτῶν καταλελοίπασι τὴν αἵρεσιν, εἰς ἀγαθὴν πρόθεσιν ἐπανέλθοιεν. Ἐπείπερ τινὶ λογισμῷ τοσαύτη αὐτοὺς

πλεονεξία κατεσχήκει καὶ ἄνοια κατειλήφει, ὡς μὴ ἕπεσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν πάλαι καταδειχθεῖσιν, ἅπερ ἴσως πρότερον καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἦσαν καταστήσαντες, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν πρόθεσιν καὶ ὡς ἕκαστος ἐβούλετο, οὕτως ἑαυτοῖς καὶ νόμους ποιῆσαι, καὶ τούτους παραφυλάττειν, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν. Τοιγαροῦν τοιούτου ὑφ᾽ ἡμῶν προστάγματος παρακολουθήσαντος, ὥστε ἐπὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων κατασταθέντα ἑαυτοὺς μεταθήσαιεν, πλεῖστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβληθέντες, πλεῖστοι δὲ ταραχθέντες, παντοίους θανάτους ὑπέφερον· καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμενόντων, ἑωρῶμεν μήτε τοῖς Θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτούς, μήτε τῷ τῶν χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν διηνεκῆ συνήθειαν, δι᾽ ἧς εἰώθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην ἀπονέμειν, προθυμότατα καὶ ἐν τούτῳ τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπεκτεῖναι δεῖν ἐνομίσαμεν· ἵνα αὖθις ὦσι χριστιανοί, καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο συνθῶσιν οὕτως, ὥστε μηδὲν ὑπεναντίον τῆς ἐπιστήμης αὐτοὺς πράττειν. Δι᾽ ἑτέρας δὲ ἐπιστολῆς τοῖς δικασταῖς δηλώσομεν, τί αὐτοὺς παραφυλάξασθαι δεήσει, ὅθεν κατὰ ταύτην τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν, ὀφείλουσι τὸν ἑαυτῶν Θεὸν ἱκετεύειν περὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ τῶν δημοσίων, καὶ τῆς ἑαυτῶν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καὶ τὰ δημόσια παρασχεθῇ ὑγιῆ, καὶ ἀμέριμνοι ζῆν ἐν τῇ ἑαυτῶν ἑστίᾳ δυνηθῶσι.

XXVIII.

IDEM EDICTUM GALERII PRO CHRISTIANIS.

(Ex Lact. de morte persecutorum c. 34.)

Praeposui graecam hujus edicti versionem, quae integram legem insignem nobis exhibet; neque tamen omittendum esse censui latinum ejusdem exemplar in Lact. obvium, licet titulus desit.

Inter cetera quae pro reipublicae semper commodis atque utilitate disponimus, nos quidem volueramus antehac juxta leges veteres et publicam disciplinam Romanorum cuncta corrigere, atque id providere, ut etiam Christiani, qui parentum suorum reliquerant sectam, ad bonas mentes redirent. Si quidem quadam ratione tanta eosdem Christianos voluntas invasisset et tanta stultitia occupasset, ut non illa veterum instituta sequerentur, quae forsitan primi parentes eorundem constituerant, sed pro arbitrio suo atque ut hisdem erat libitum, ita sibimet leges facerent quas observarent, et per diversa varios populos congregarent. Denique cum ejusmodi nostra jussio extitisset ut ad veterum se instituta conferrent, multi periculo subjugati,

multi

multi etiam deturbati sunt; atque cum plurimi in proposito perseverarent, ac videremus nec diis eosdem cultum ac religionem debitam exhibere, nec Christianorum Deum observare, contemplationem mitissimae nostrae clementiae intuentes et consuetudinem sempiternam, qua solemus cunctis hominibus veniam indulgere, promptissimam in his quoque indulgentiam nostram credidimus porrigendam; ut denuo sint Christiani, et conventicula sua componant, ita ut ne quid contra disciplinam agant. Alia autem epistola judicibus significaturi sumus, quid debeant observare. Unde juxta hanc indulgentiam nostram debebunt Deum suum orare pro salute nostra et reipublicae ac sua, ut undique versum respublica perstet incolumis, et securi vivere in sedibus suis possint.

XXIX.

DE VEXATIONIBUS ET PERSECUTIONIBUS MAXIMINI.

(Euseb. H. E. IX, 1 — 7.)

Lex illa Galerii pacem Christianis reddiderat; sed Maximinus, ex Galerii successoribus in Oriente, Christianorum hostis acerri-

mus, sensim Christianos denuo vexare coepit. Quibus artibus tyrannus contra Christianos usus sit, accurate Eusebius nobis narravit.

I. Τὰ μὲν δὴ τῆς παλινῳδίας τοῦ προτεθέντος βασιλικοῦ νεύματος, ἤπλωτο τῆς Ἀσίας πάντῃ καὶ πανταχοῦ, κατά τε τὰς ἀμφὶ ταύτην ἐπαρχίας· ὧν τοῦτον ἐπιτελεσθέντων τὸν τρόπον, Μαξιμῖνος ὁ ἐπ᾽ ἀνατολῆς τύραννος, δυσσεβέστατος εἰ καί τις ἄλλος, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας πολεμιώτατος γεγονώς, οὐδαμῶς τοῖς γραφεῖσιν ἀρεσθεὶς, ἀντὶ τοῦ προτεθέντος γράμματος λόγῳ προστάττει τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν ἄρχουσι, τὸν καθ᾽ ἡμῶν ἀνεῖναι πόλεμον. Ἐπεὶ γὰρ αὐτῷ μὴ ἐξῆν ἄλλως τῇ τῶν κρειττόνων ἀντιλέγειν κρίσει, τὸν προεκτεθέντα νόμον ἐν παραβύστῳ θεὶς, καὶ ὅπως ἐν τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν μέρεσι μὴ εἰς προῦπτον ἀχθείη φροντίσας, ἀγράφῳ προστάγματι τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν ἄρχουσι τὸν καθ᾽ ἡμῶν διωγμὸν ἀνεῖναι προστάττει· οἳ δὲ τὸ τῆς παρακελεύσεως ἀλλήλοις διὰ γραφῆς ὑποσημαίνουσιν. Ὁ γοῦν παρ᾽ αὐτοῖς τῷ τῶν ἐξοχωτάτων ἐπάρχων ἀξιώματι τετιμημένος Σαβῖνος [1]), πρὸς τοὺς καθ᾽ ἔθνος ἡγουμένους τὴν βασιλέως ἐμφαίνει γνώμην διὰ Ῥωμαϊκῆς ἐπιστολῆς· ἧς καὶ αὐτῆς ἡ ἑρμηνεία τοῦτον περιέχει τὸν τρόπον.

---

1) Praefectus Praetorio erat Sabinus.

Λιπαρωτάτη καὶ καθωσιωμένη σπουδῇ ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων, πάντων τῶν ἀνθρώπων τὰς διανοίας πρὸς τὴν ὁσίαν καὶ ὀρθὴν τοῦ ζῆν ὁδὸν περιαγαγεῖν ἔτι πάλαι ὥρισεν, ὅπως καὶ οἱ ἀλλοτρίᾳ Ῥωμαίων συνηθείᾳ ἀκολουθεῖν δοκοῦντες, τὰς ὀφειλομένας θρησκείας τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς ἐπιτελοῖεν. Ἀλλ' ἡ τινῶν ἔνστασις καὶ τραχυτάτη βουλὴ εἰς τοσοῦτον περιέστη, ὡς μήτε λογισμῷ δικαίῳ τῆς κελεύσεως δύνασθαι ἐκ τῆς ἰδίας προθέσεως ἀναχωρεῖν, μήτε τὴν ἐπικειμένην τιμωρίαν αὐτοὺς ἐκφοβεῖν. Ἐπειδὴ τοίνυν συνέβαινεν ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου πολλοὺς εἰς κίνδυνον ἑαυτοὺς περιβάλλειν, κατὰ τὴν προσοῦσαν εὐγένειαν τῆς εὐσεβείας ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν δυνατωτάτων αὐτοκρατόρων, ἀλλότριον εἶναι τῆς προθέσεως τῆς θειοτάτης τῆς ἰδίας δοκιμάζουσα τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας εἰς τοσοῦτον κίνδυνον τοὺς ἀνθρώπους περιβάλλειν, ἐκέλευσε διὰ τῆς ἐμῆς καθοσιώσεως τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ διαχαράξαι, ἵν' εἴ τις τῶν χριστιανῶν τοῦ ἰδίου ἔθνους τὴν θρησκείαν μετιὼν εὑρεθείη, τῆς κατ' αὐτοῦ ἐνοχλήσεως καὶ τοῦ κινδύνου αὐτὸν ἀποστήσειας, καὶ μή τινα ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως τιμωρίᾳ κολαστέον νομίσειας, ὁπότε τῇ τοσούτου χρόνου συνελεύσει συνέστη, αὐτοὺς μηδενὶ τρόπῳ πεπεῖσθαι δεδυνῆσθαι, ὅπως ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐνστάσεων ἀναχωρήσαιεν. Ἐγγράψαι τοιγαροῦν πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πραιποσίτους τοῦ πάγου ἑκάστης πόλεως ἡ σὴ ἐπιστρέ-

φεια ὀφείλει, ἵνα γνῷ περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ γράμματος φροντίδα ποιεῖσθαι μὴ προσήκειν. Ἐπὶ τούτοις οἱ κατ' ἐπαρχίας, τὴν τῶν γραφέντων αὐτοῖς ἐπαληθεύειν προαίρεσιν νενομικότες, λογισταῖς, καὶ στρατηγοῖς, καὶ τοῖς κατ' ἀγροὺς ἐπιτεταγμένοις, τὴν βασιλικὴν διὰ γραμμάτων ἐμφανῆ καθιστῶσι γνώμην.

Οὐ μόνον δ' αὐτοῖς διὰ γραφῆς ταῦτα προὐχώρει, καὶ ἔργοις δὲ πολὺ πρότερον, ὡς ἂν νεῦμα βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγοντες, οὓς εἶχον ἐν δεσμωτηρίοις καθειργμένους διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον ὁμολογίαν, εἰς φανερὸν προάγοντες ἠλευθέρουν, ἀνιέντες τούτων δὴ αὐτῶν τοὺς ἐν μετάλλοις ἐπὶ τιμωρίᾳ δεδομένους· τοῦτο γὰρ ἐπ' ἀληθείας βασιλεῖ δοκεῖν ὑπειλήφασιν ἠπατημένοι. Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐπιτελεσθέντων, ἀθρόως οἷόν τι φῶς ἐκ ζοφερᾶς νυκτὸς ἐκλάμψαν, κατὰ πᾶσαν πόλιν συγκροτουμένας παρῆν ὁρᾶν ἐκκλησίας, συνόδους τε παμπληθεῖς, καὶ τὰς ἐπὶ τούτων ἐξ ἔθους ἐπιτελουμένας συναγωγάς. Καταπέπληκτο δ' ἐπὶ τούτοις οὐ σμικρῶς πᾶς τις τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, τῆς τοσαύτης μεταβολῆς τὸ παράδοξον ἀποθαυμάζων, μέγαν τε καὶ μόνον ἀληθῆ τὸν Χριστιανῶν Θεὸν ἐπιβοώμενος. Τῶν δ' ἡμετέρων, οἱ μὲν τὸν τῶν διωγμῶν ἀγῶνα πιστῶς καὶ ἀνδρείως διηθληκότες, τὴν πρὸς ἅπαντας αὖθις ἀπελάμβανον παῤῥησίαν· ὅσοι δὲ τὰ τῆς πίστεως νενοσηκότες, τὰς ψυχὰς ἐτύγχανον κεχειμασμένοι, ἀσμένως περὶ τὴν σφῶν θεραπείαν ἔσπευδον, ἀντιβολοῦντες καὶ σωτηρίας δεξιὰν τοὺς ἐῤῥωμένους αἰτούμενοι, τόν τε Θεὸν ἵλεων αὐτοῖς

γενέσθαι καθικετεύοντες. Εἶτα δὲ καὶ οἱ γενναῖοι τῆς θεοσεβείας ἀθληταὶ τῆς εἰς τὰ μέταλλα κακοπαθείας ἐλευθερούμενοι, ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐστέλλοντο, γαῦροι καὶ φαιδροὶ διὰ πάσης ἰόντες πόλεως, εὐφροσύνης τε ἀλέκτου, καὶ ἣν οὐδὲ λόγῳ δυνατὸν ἑρμηνεῦσαι παρρησίας ἔμπλεοι. Στίφη οὖν πολυάνθρωπα κατὰ μέσας λεωφόρους καὶ ἀγοράς, ᾠδαῖς καὶ ψαλμοῖς τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντα, τὰ τῆς πορείας ἤνυε, καὶ τοὺς μετὰ τιμωρίας ἀπηνεστάτης μικρῷ πρόσθεν δεσμίους τῶν πατρίδων ἀπεληλαμένους, εἶδες ἂν ἱλαροῖς καὶ γεγηθόσι προσώποις τὰς αὐτῶν ἀπολαμβάνοντας ἑστίας· ὡς καὶ τοὺς πρότερον καθ' ἡμῶν φονῶντας, τὸ θαῦμα παρὰ πᾶσαν ὁρῶντας ἐλπίδα, συγχαίρειν τοῖς γεγενημένοις.

II. Ταῦτα δ' οὐκέτι οἷός τε ὢν φέρειν ὁ τύραννος, μισόκαλος ἐς τὰ μάλιστα καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ἐπίβουλος ὑπάρχων, ὃν ἔφαμεν τῶν ἐπ' ἀνατολῆς ἄρχειν μερῶν, οὐδ' ὅλους ἐπὶ μῆνας ἓξ τοῦτον ἐπιτελεῖσθαι τὸν τρόπον ἠνέσχετο. Ὅσα δ' οὖν πρὸς ἀνατροπὴν τῆς εἰρήνης μηχανώμενος, πρῶτον μὲν εἴργειν ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου διὰ προφάσεως πειρᾶται· εἶτα διά τινων πονηρῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἑαυτῷ καθ' ἡμῶν πρεσβεύεται, τοὺς Ἀντιοχέων πολίτας παρορμήσας, ἐπὶ τὸ μηδαμῶς τινα χριστιανῶν τὴν αὐτῶν οἰκεῖν ἐπιτρέπεσθαι πατρίδα, ὡς ἐν μεγίστῃ δωρεᾷ παρ' αὐτοῦ τυχεῖν ἀξιῶσαι, καὶ ἑτέρους δὲ ταὐτὸ ὑποβαλεῖν διαπράξασθαι· ὧν πάντων ἀρχηγὸς ἐπ' αὐτῆς Ἀντιοχείας ἐπιφύεται Θεότεκνος, δεινὸς καὶ γόης καὶ πονηρὸς ἀνὴρ

καὶ τῆς προσωνυμίας ἀλλότριος· ἐδόκει δὲ λογιστεύειν τὰ κατὰ τὴν πόλιν.

III. Πλεῖστα δ᾽ οὖν οὗτος καθ᾽ ἡμῶν στρατευσάμενος, καὶ πάντα τρόπον τοὺς ἡμετέρους ὥσπερ τινὰς φῶρας ἀνοσίους, ἐκ μυχῶν θηρεῦσαι διὰ σπουδῆς πεποιημένος, πάντα τε ἐπὶ διαβολῇ καὶ κατηγορίᾳ τῇ καθ᾽ ἡμῶν μεμηχανημένος, καὶ θανάτου αἴτιος μυρίοις ὅσοις γεγονὼς· τελευτῶν εἴδωλόν τι Διὸς Φιλίου μαγγανείαις τισὶ καὶ γοητείαις ἱδρύει, τελετάς τε ἀνάγνους αὐτῷ καὶ μυήσεις ἀκαλλιερήτους, ἐξαγίστους τε καθαρμοὺς ἐπινοήσας, μέχρι καὶ βασιλέως τὴν τερατείαν δι᾽ ὧν ἐδόκει χρησμῶν ἐκτελεῖν, ἐπεδείκνυτο· καὶ δὴ οὗτος κολακείᾳ τῇ καθ᾽ ἡδονὴν τοῦ κρατοῦντος, ἐπεγείρει κατὰ χριστιανῶν τὸν δαίμονα, καὶ τὸν Θεὸν δὴ κελεῦσαί φησιν, ὑπερορίους τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀμφὶ τὴν πόλιν ἀγρῶν, ὡς ἂν ἐχθροὺς αὐτῷ χριστιανοὺς ἀπελάσαι.

IV. Τούτῳ δὲ πρώτῳ κατὰ γνώμην πράξαντι, πάντες οἱ λοιποὶ τῶν ἐν τέλει τὰς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν πόλεις οἰκοῦντες, τὴν ὁμοίαν ὁρμῶντο ψῆφον ποιήσασθαι, προσφιλὲς δ᾽ εἶναι τοῦτο βασιλεῖ τῶν κατ᾽ ἐπαρχίαν ἡγεμόνων συνεωρακότων, καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ διαπράξασθαι τοῖς ὑπηκόοις ὑποβεβληκότων. Ὧν δὴ καὶ αὐτῶν τοῖς ψηφίσμασι δι᾽ ἀντιγραφῆς ἀσμενέστατα ἐπινεύσαντος τοῦ τυράννου, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ὁ καθ᾽ ἡμῶν ἀνεφλέγετο διωγμός· ἱερεῖς δῆτα κατὰ πόλιν τῶν ξοάνων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου, οἱ μάλιστα ταῖς πολι-

τείαις διαπρέψαντες καὶ διὰ πασῶν ἔνδοξοι γενόμενοι καθίσταντο· οἷς καὶ πολλή τις εἰσήγετο σπουδὴ περὶ τὴν τῶν θεραπευομένων πρὸς αὐτῶν θρησκείαν. Ἡ γοῦν ἔκτοπος τοῦ κρατοῦντος δεισιδαιμονία, συνελόντι φάναι, πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἄρχοντάς τε καὶ ἀρχομένους εἰς τὴν αὐτοῦ χάριν, πάντα πράττειν καθ' ἡμῶν ἐνῆγε· ταύτην αὐτῷ χάριν μεγίστην ἀνθ' ὧν ἐνόμιζον πρὸς αὐτοῦ τεύξεσθαι εὐεργεσιῶν ἀντιδωρουμένων, τὸ καθ' ἡμῶν φονᾷν, καί τινας εἰς ἡμᾶς καινοτέρας κακοηθείας ἐνδείκνυσθαι.

V. Πλασάμενοι δῆτα Πιλάτου καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα[2]), πάσης ἔμπλεα κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίας, γνώμῃ τοῦ μείζονος ἐπὶ πᾶσαν διαπέμπονται τὴν ὑπ' αὐτὸν ἀρχήν, διὰ γραμμάτων παρακελευόμενοι, κατὰ πάντα τόπον, ἀγρούς τε καὶ πόλεις, ἐν ἐκφανεῖ ταῦτα τοῖς πᾶσιν ἐκθεῖναι, τοῖς τε παισὶ τοὺς γραμματοδιδασκάλους ἀντὶ μαθημάτων ταῦτα μελετᾶν καὶ διὰ μνήμης κατέχειν παραδιδόναι. Ὧν τοῦτον ἐπιτελουμένων τὸν τρόπον, ἕτερος στρατοπεδάρχης, ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς Φοινίκης ἐπίρρητά τινα γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἀνάρπαστα ποιήσας, βασάνους αὐταῖς ἐπιθήσειν ἠπείλει, λέγειν ἐγγράφως ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἶεν ἄν ποτε χριστιαναί, συνειδεῖεν τε αὐτοῖς ἀθεμιτουργίας, ἐν αὐτοῖς τε τοῖς κυριακοῖς πράττειν αὐτοὺς

---

2) De falsis his actis loquitur Euseb. H. E. I, 9. Ostendit ibi, conficta esse acta satis perspici posse ex tempore nati Christi perperam constituto.

τὰ ἀκόλαστα, καὶ ὅσα ἄλλα λέγειν αὐτὰς ἐπὶ διαβολῇ τοῦ δόγματος ἤθελεν. Ὧν καὶ οὗτος ἐν ὑπομνήμασι τὰς φωνὰς ἐντεθείσας, βασιλεῖ κοινοῦται· καὶ δὴ προστάξαντος, εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ ταῦτα δημοσιοῦται τὰ γράμματα.

VI. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ εἰς μακρὸν αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γεγονὼς ὁ στρατοπεδάρχης, δίκην τίνυσι τῆς κακοτροπίας. Ἡμῶν δ' αὖ φυγαὶ πάλιν ἀνεκινοῦντο, καὶ διωγμοὶ χαλεποί, τῶν τε κατὰ πάσας ἐπαρχίας ἡγουμένων αὖθις δειναὶ καθ' ἡμῶν ἐπαναστάσεις, ὡς καί τινας ἁλόντας τῶν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐπιφανῶν, ἀπαραίτητον τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον καταδέξασθαι. Ὧν τρεῖς ἐν Ἐμέσῃ τῇ πόλει τῆς Φοινίκης χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογήσαντες, θηρίων βορᾷ παραδίδονται. Ἐπίσκοπος ἦν ἐν τούτοις Σιλβανός, τὴν ἡλικίαν ὑπεργήρως, ἐν ὅλοις ἔτεσι τεσσαράκοντα τὴν λειτουργίαν διηνυκώς. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Πέτρος, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικιῶν προστὰς ἐπιφανέστατα, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, βίου ἀρετῆς τε ἕνεκα καὶ τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασκήσεως, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνάρπαστος γεγονὼς αἰτίας, μηδὲ μιᾶς προλαβούσης προσδοκίας, ἀθρόως οὕτω καὶ ἀλόγως ὡς ἂν Μαξιμίνου προστάξαντος, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐπισκόπων ἄλλοι πλείους, ταὐτὸ ὑπομένουσι. Λουκιανός τε ἀνὴρ τὰ πάντα ἄριστος, βίῳ τε ἐγκρατὴς καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκρατημένος, τῆς κατ' Ἀντιόχειαν παροικίας πρεσβύτερος, ἀχθεὶς ἐπὶ

τῆς Νικομηδέων πόλεως, ἔνθα τηνικαῦτα βασιλεὺς [3]) διατρίβων ἐτύγχανε, παρασχών τε ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος τὴν ὑπὲρ ἧς προΐστατο διδασκαλίας ἀπολογίαν, δεσμωτηρίῳ παραδοθεὶς κτίννυται.

Τοσαῦτα δῆτα ἐν βραχεῖ τῷ μισοκάλῳ Μαξιμίνῳ καθ᾽ ἡμῶν συνεσκεύαστο, ὡς τοῦ προτέρου δοκεῖν πολλῷ χαλεπώτερον τοῦτον ἡμῖν ἐπεγηγέρθαι διωγμόν.

VII. Ἀνὰ μέσας γέτοι τὰς πόλεις, ὃ μηδὲ ἄλλοτέ ποτε, ψηφίσματα πόλεων καθ᾽ ἡμῶν καὶ βασιλικῶν πρὸς ταῦτα διατάξεων ἀντιγραφαὶ, στήλαις ἐντετυπωμένα χαλκαῖς ἀνωρθοῦντο· οἵ τε παῖδες ἀνὰ τὰ διδασκαλεῖα, Ἰησοῦν καὶ Πιλάτον καὶ τὰ ἐφ᾽ ὕβρει πλασθέντα ὑπομνήματα, διὰ στόματος κατὰ πᾶσαν ἔφερον ἡμέραν. Ἐνταῦθά μοι ἀναγκαῖον εἶναι φαίνεται, αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν ἐν στήλαις ἀνατεθεῖσαν τοῦ Μαξιμίνου γραφὴν ἐντάξαι· ἵν᾽ ὁμοῦ τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς θεομισείας ἡ ἀλαζὼν καὶ ὑπερήφανος αὐθάδεια φανερὰ καταστείη, καὶ τῆς παρὰ πόδας αὐτὸν μετελθούσης ἱερᾶς δίκης ἡ ἄϋπνος κατὰ τῶν ἀσεβῶν μισοπονηρία· πρὸς ἧς ἐλασθεὶς, οὐκ εἰς μακρὸν τἀναντία περὶ ἡμῶν ἐβουλεύσατό τε καὶ δι᾽ ἐγγράφων νόμων ἐδογμάτισε, τοῦτον ἐπ᾽ αὐτῶν λέξεων ἔχουσαν τὸν τρόπον.

Ἀντίγραφον ἑρμηνείας τῆς Μαξιμίνου πρὸς τὰ καθ᾽ ἡμῶν ψηφίσματα ἀντιγραφῆς, ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης μεταληφθείσης.

---

3) Maximinus, qui Asiam et Bithyniam sub potestate tenuit.

Εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὥς φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τινές παρ᾽ αὐτοῖς διεδέξαντο, δειξάτωσαν [16]). Δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας ὁ ἀπόστολος ἀξιοῖ. Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι τεσσαρεσκαιδέκατον ἤδη που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς.

---

16) Non defuisse Montanistis prophetas et prophetissas certo scimus. Tertullianus de anima c. 9. Firmilianus in epist. 75. Cypriani, prophetarum Montanisticorum mentionem faciunt.

IV.

FRAGMENTA LIBRI APOLLONII ADVERSUS MONTANISTAS.

(Ex Euseb. H. E. V, 18.)

De Apollonio hoc nihil apud veteres legitur. Eusebius (V, 18. init.) de eo ait: Ἀπολλώνιος ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ἴδιον κατὰ Φρύγας καλουμένης αἱρέσεως πεποίηται σύγγραμμα. Alius Apollonii mentionem facit Euseb. H. E. V, 21. Uterque distinguendus est ab Apollinari Hierapolitano, qui Cataphrygas et ipse oppugnavit. (V. 16. init.) Cf. de Apollinari Euseb. V, 5. supra pag. 80. et IV, 27.

Ἀλλὰ τίς ἐστιν οὗτος ὁ πρόσφατος διδάσκαλος, τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ διδασκαλία δείκνυσιν. Οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων [1]), ὁ νηστείας νομοθετήσας, ὁ Πέπουζαν καὶ Τύμιον Ἱερουσαλὴμ ὀνομάσας, (πόλεις δ᾽ εἰσὶν αὗται μικραὶ τῆς Φρυγίας) τοὺς πανταχόθεν ἐκεῖ συναγαγεῖν ἐθέλων· ὁ πρακτῆρας χρημάτων καταστήσας, ὁ ἐπ᾽ ὀνόματι προσφορῶν τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος, ὁ σαλάρια χορηγῶν τοῖς κηρύττουσιν αὐτοῦ τὸν

1) Prophetissas intelligit maritos relinquentes et Montanum sequentes.

λόγον· ἵνα διὰ τῆς γαστριμαργίας ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου κρατύνηται.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Μονταγοῦ. Καὶ περὶ τῶν προφητίδων δὲ αὐτοῦ ὑποκαταβὰς οὕτω γράφει·

Δείκνυμεν οὖν αὐτὰς πρώτας τὰς προφήτιδας ταύτας. ἀφ' οὗ τοῦ πνεύματος ἐπληρώθησαν, τοὺς ἄνδρας καταλιπούσας. Πῶς οὖν ἐψεύδοντο Πρίσκαν [2]) παρθένον ἀποκαλοῦντες;

Εἶτ' ἐπιφέρει λέγων·

Οὐ δοκεῖ σοι πᾶσα γραφὴ κωλύειν προφήτην λαμβάνειν δῶρα καὶ χρήματα; ὅταν οὖν ἴδω τὴν προφῆτιν εἰληφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσομαι;

Αὖθις δ' ὑποκαταβὰς περί τινος τῶν κατ' αὐτοὺς ὁμολογητῶν ταῦτά φησιν·

Ἔτι δὲ καὶ Θεμίσων ὁ τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν ἠμφιεσμένος, ὁ μὴ βαστάσας τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον [3]), ἀλλὰ πλήθει χρημάτων ἀποθέμενος τὰ δεσμά, δέον ἐπὶ τούτῳ ταπεινοφρονεῖν, ὡς μάρτυς καυχώμενος, ἐτόλμησε μιμούμενος τὸν ἀπόστολον, καθολικήν τινα συνταξάμενος ἐπιστολὴν [4]), κατηχεῖν μὲν τοὺς ἀμει-

---

2) Priscilla vulgo; a Tertulliano de resurr. carn. c. 11. et saepius, Firmiliano, aliisque Prisca etiam vocatur.

3) Christophorsonus voluit signum confessionis esse *crucem*, rectius Valesius *vincula* intellexit; crux enim martyrii potius diceretur quam confessionis signum.

4) In qua sine dubio omnibus ubique ecclesiis novos exstitisse prophetas nuntiavit.

νον αὐτοῦ πεπιστευκότας· συναγωνίζεσθαι δὲ τοῖς τῆς κενοφωνίας λόγοις· βλασφημῆσαι δὲ εἰς τὸν κύριον καὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν.

Καὶ περὶ ἑτέρου δὲ αὖθις τῶν κατ᾽ αὐτοὺς τετιμημένων ὡς δὴ μαρτύρων οὕτω γράφει·

Ἵνα δὲ μὴ περὶ πλειόνων λέγωμεν, ἡ προφῆτις ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδον, τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεστιᾶται, ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί, οὗ τὰς ληστείας καὶ τὰ ἄλλα τολμήματα ἐφ᾽ οἷς κεκόλασται, οὐχ ἡμᾶς δεῖ λέγειν, ἀλλὰ ὁ ὀπισθόδομος 5) ἔχει. Τίς οὖν τινι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα; πότερον ἡ προφῆτις τὰς ληστείας τῷ μάρτυρι, ἢ ὁ μάρτυς τῇ προφήτιδι τὰς πλεονεξίας; εἰρηκότος γὰρ τοῦ κυρίου μὴ κτήσησθε χρυσὸν μήτε ἄργυρον μήτε δυὸ χιτῶνας, οὗτοι πᾶν τοὐναντίον, πεπλημμελήκασι περὶ τὰς τούτων τῶν ἀπηγορευμένων κτήσεις. Δείξομεν γὰρ τοὺς λεγομένους παρ᾽ αὐτοῖς προφήτας καὶ μάρτυρας, μὴ μόνον παρὰ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παρὰ πτωχῶν, καὶ ὀρφανῶν, καὶ χηρῶν κερματιζομένους· καὶ εἰ πεποίθησιν ἐν τούτῳ, στήτωσαν καὶ διορισάσθωσαν ἐπὶ τούτοις, ἵνα ἐὰν ἐλεγχθῶσι, κἂν τοῦ λοιποῦ παύσωνται πλημμελοῦντες. Δεῖ γὰρ τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τοῦ προφήτου· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Ἵνα δὲ τοῖς βου-

5) ὀπισθόδομος vulgo significat aerarium, in quo pecunia publica recondebatur; hoc loco est tabularium, ubi acta publica asservabantur; quod paulo infra ἀρχεῖον dicitur.

βουλομένοις τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον ἢ γνώριμα; κέκριται ὑπὸ Αἰμιλίου Φροντίνου ἀνθυπάτου ἐν Ἐφέσῳ· οὐ διὰ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ δι' ἃς ἐτόλμησε λῃστείας, ὢν ἤδη παραβάτης· εἶτ' ἐπιψευσάμενος τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἀπολέλυται, πλανήσας τοὺς ἐκεῖ πιστούς· καὶ ἡ ἰδία παροικία αὐτὸν ὅθεν ἦν οὐκ ἐδέξατο, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν λῃστήν. Καὶ οἱ θέλοντες μαθεῖν τὰ κατ' αὐτὸν, ἔχουσι τὸ τῆς Ἀσίας δημόσιον ἀρχεῖον, ὃν ἡ προφῆτις συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν ἀγνοεῖ, τοῦτον ἐλέγχοντες ἡμεῖς δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐξελέγχομεν τῆς προφήτιδος· τὸ ὅμοιον ἐπὶ πολλῶν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι, καὶ εἰ θαῤῥοῦσιν ὑπομεινάτωσαν τὸν ἔλεγχον [6]).

Πάλιν τε αὖ ἐν ἑτέρῳ τοῦ συγγράμματος περὶ ὧν αὐχοῦσι προφητῶν, ἐπιλέγει ταῦτα·

Ἐὰν ἀρνῶνται δῶρα τοὺς προφήτας αὐτῶν εἰληφέναι, τοῦθ' ὁμολογησάτωσαν, ὅτι ἐὰν ἐλεγχθῶσιν εἰληφότες, οὐκ εἰσὶ προφῆται· καὶ μυρίας ἀποδείξεις τούτων παραστήσομεν. Ἀναγκαῖον δέ ἐστι πάντας καρποὺς δοκιμάζεσθαι προφήτου. Προφήτης, εἰπέ μοι, βάπτεται [7]); προφήτης στιβίζεται; προφήτης φιλοκοσμεῖ; προφήτης τάβλαις καὶ κύβοις παίζει; προφήτης δανείζει; ταῦτα ὁμολογησάτωσαν πότερον ἔξεστιν, ἢ μή; ἐγὼ δ' ὅτι γέγονε παρ' αὐτοῖς δείξω.

6) Quid veri, quid falsi insit huic narrationi difficillimum est dictu; hoc vero cuilibet patebit Apollonium quoque sine studio et ira non scripsisse.

7) Crines fucare est βάπτειν hoc loco.

Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ἀπολλώνιος κατὰ τὸ αὐτὸ σύγγραμμα ἱστορεῖ, ὡς ἄρα τεσσαρακοστὸν ἐτύγχανεν ἔτος ἐπὶ τὴν τοῦ συγγράμματος γραφὴν αὐτοῦ, ἐξ οὗ τῇ προσποιήτῳ αὐτοῦ προφητείᾳ ὁ Μοντανὸς ἐπικεχείρηκε. Καὶ πάλιν φησίν, ὡς ἄρα Ζωτικός, οὗ ὁ πρότερος συγγραφεὺς ἐμνημόνευσεν, ἐν Πεπούζοις προφητεύειν ἤδη προσποιουμένης τῆς Μαξιμίλλης ἐπιστάς, διελέγξαι τὸ ἐνεργοῦν ἐν αὐτῇ πνεῦμα πεπείραται. Ἐκωλύθη γε μὴν ὑπὸ τῶν τὰ ἐκείνης φρονούντων.

V.

MONTANI ET MAXIMILLAE DICTA.

(Ex Epiph. haer. 48. 49. Edit. Dion. Petavii.)

Minime negligenda sunt, quae ex Montani et Maximillae dictis retulit Epiphanius; composui fragmenta haec, omissis omnibus ab Epiphanio ad refellendos Cataphrygas subjunctis.

Haer. 48, 2. Φάσκει ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη Μαξιμίλλα ἡ προφῆτις· ὅτι μετ' ἐμὲ προφῆτις οὐκ ἔτι ἔσται, ἀλλὰ συντέλεια.

Cap. 4. Εὐθὺς γὰρ ὁ Μοντανός φησιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος ὡσεὶ λύρα, κἀγὼ ἵπταμαι ὡσεὶ πλῆκτρον. Ὁ ἄνθρωπος κοιμᾶται, κἀγὼ γρηγορῶ.

Ἰδοὺ κύριός ἐστιν ὁ ἐκστάνων καρδίας ἀνθρώπων, καὶ διδοὺς καρδίας ἀνθρώποις.

Cap. 10. Λέγει γὰρ Μοντανὸς ἐν τῇ ἑαυτοῦ λεγομένῃ προφητείᾳ· τί λέγεις τὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον σωζόμενον; λάμψει γὰρ ὁ δίκαιος, φησιν, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἑκατονπλασίονα. Οἱ δὲ μικροὶ ἐν ὑμῖν σωζόμενοι, λάμψουσιν ἑκατονπλασίονα ὑπὲρ τὴν σελήνην.

Cap. 11. Ἔτι δὲ προστίθησιν, ὁ αὐτὸς Μοντανὸς οὕτω λέγων· ἐγὼ κύριος ὁ Θεός, ὁ παντοκράτωρ, καταγινόμενος ἐν ἀνθρώπῳ.

Ibid. Εἶτα πάλιν φησὶ τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον Μοντανός· ὅτι οὔτε ἄγγελος, οὔτε πρέσβυς, ἀλλὰ ἐγὼ ὁ κύριος Θεὸς πατὴρ ἦλθον.

Cap. 12. Εὐθὺς γὰρ αὕτη ἡ Μαξιμίλλα, ἡ παρὰ τοιούτοις κατὰ Φρύγας οὕτω καλουμένοις· ἀκούσατε, ὦ παῖδες, Χριστοῦ τί λέγει· ἐμοῦ μὴ ἀκούσητε, ἀλλὰ Χριστοῦ ἀκούσατε.

Cap. 13. Φάσκει ἡ αὐτὴ Μαξιμίλλα· ὅτι ἀπέστειλέ με ὁ κύριος τούτου τοῦ πόνου, καὶ τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς συνθήκης αἱρετιστήν, μηνυτήν, ἑρμηνευτήν, ἠναγκασμένον, θέλοντα καὶ μὴ θέλοντα, μαθεῖν γνῶσιν Θεοῦ.

Haer. 49, 1. Φασὶ γὰρ οὗτοι οἱ κατὰ Φρύγας, εἴτουν Πρισκιλλιανοί, ἐν τῇ Πεπούζῃ, ἢ Κουίντιλλαν ἢ Πρίσκιλλαν [1]) οὐκ ἔχω ἀκριβῶς

1) Priscillae hujus sive Priscae dicta leguntur in libris Tertulliani. De resurr. carn. c. 11. „Luculenter Paracletus per prophetidem Priscam: carnes sunt et carnem oderunt.“ Ad Exhort. castiti c. 10. in observatt. Nic. Rigaltii p. 114. ex cod. antiquo. „Item per sanctam prophetidem Priscam ita evan-

λέγων, μίαν δὲ ἐξ αὐτῶν, ὡς προεῖπον, ἐν τῇ Πεπούζῃ κεκαθευδηκέναι καὶ τὸν Χριστὸν πρὸς αὐτὴν ἐληλυθέναι, συνυπνωκέναι τε αὐτῇ τούτῳ τῷ τρόπῳ, ὡς ἐκείνη ἀπατωμένη ἔλεγεν· ἐν ἰδέᾳ, φησὶ, γυναικὸς ἐσχηματισμένος ἐν στολῇ λαμπρᾷ ἦλθε πρὸς με Χριστὸς καὶ ἐνέβαλεν ἐν ἐμοὶ τὴν σοφίαν καὶ ἀπεκάλυψέ μοι, τουτονὶ τὸν τόπον εἶναι ἅγιον, καὶ ὧδε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατιέναι.

VI.

DE PLACITIS CATAPHRYGUM EX TERTULLIANO.

Loca praecipua in quibus Tertullianus Montani partes defendit composui, ut quae de traditione, de Paracleto, de jejuniis, de monogamia, de poenitentia senserit perspici posset. Fragmentis libri: de pudicitia, subjunxi quaedam ex libro: de

---

gelizatur, quod sanctus minister sanctimonium noverit ministrare. Purificantia enim concordat, ait, et visiones vident, et ponentes faciem deorsum etiam voces audiunt manifestas, tam salutares quam et occultas."

poenitentia excerpta; ex oppositis enim optime cognoscitur, quid Cataphrygae, quid Psychici docuerint.

De virg. velandis c. 1.
(Edit. Nic. Rigaltii.)

Proprium jam negotium passus meae opinionis, latine [1]) quoque ostendam: virgines nostras velari oportere, ex quo transitum aetatis suae fecerint; hoc exigere veritatem, cui nemo praescribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegia regionum, ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur, et ita adversus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominavit. Si semper Christus, et prior omnibus, aeque veritas sempiterna et antiqua res. Viderint ergo, quibus novum est quod sibi vetus est. Haereses non tam novitas quam veritas revincit. Quodcunque adversus veritatem sapit, hoc erit haeresis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quam recipiendum quod agnoscitur. Regula quidem fidei una omnino est, sola immobilis,

1) Graece eadem de re egerat Tertullianus.

et irreformabilis, credendi scilicet in unicum Deum omnipotentem, mundi conditorem, et filium ejus Jesum Christum, natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in coelis, sedentem nunc ad dextram Patris, venturum judicare vivos et mortuos per carnis etiam resurrectionem. Hac lege fidei manente, cetera jam disciplinae et conversationis admittunt novitatem correctionis, operante scilicet et proficiente usque ad finem gratia Dei. Quale est enim ut diabolo semper operante et adjiciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessaverit, aut proficere destiterit? cum propterea Paracletum miserit Dominus, ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paullatim dirigeretur et ordinaretur et ad perfectum perduceretur disciplina, ab illo vicario Domini Spiritu sancto. Adhuc, inquit, multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea bajulare: cum venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, et supervenientia renunciabit vobis. Sed et supra de hoc ejus opere pronunciavit. Quae est ergo Paracleti administratio nisi haec, quod disciplina dirigitur, quod scripturae revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine aetate, et omnia tempus exspectant. Denique Ecclesiastes, Tempus, inquit, omni rei. Adspice ipsam creaturam paullatim ad fructum

promoveri; granum est primo, et de grano frutex oritur, et de frutice arbuscula enititur: deinde rami et frondes invalescunt, et totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor et flos de germine solvitur, et de flore fructus aperitur; is quoque rudis aliquamdiu et informis, paullatim aetatem suam dirigens, eruditur in mansuetudinem saporis. Sic et justitia (nam idem Deus justitiae et creaturae) primo fuit in rudimentis, natura Deum metuens, dehinc per legem et Prophetas promovit in infantiam, dehinc per Evangelium efferbuit in juventutem; nunc per Paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus a Christo magister et dicendus et verendus. Non enim ab se loquitur, sed quae mandantur a Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt, usque nunc non olim prophetantem, virgines contegunt.

Adversus Praxeam c. 1. 2.

Varie diabolus aemulatus est veritatem. Affectavit illam aliquando defendendo concutere. Unicum Dominum vindicat omnipotentem mundi conditorem, ut et de unico haeresim faciat. Ipsum dicit patrem descendisse in virginem, ipsum ex ea natum, ipsum pas-

sum; denique ipsum esse Jesum Christum. Excidit sibi coluber, quia Jesum Christum post baptisma Joannis tentans, ut filium Dei adgressus est; certus filium Deum habere, vel ex ipsis scripturis, de quibus tunc tentationem struebat, si tu es filius Dei, dic ut lapides isti panes fiant. Item, si tu es filius Dei, dejice te hinc, scriptum est enim, quod mandavit angelis suis super te, utique Pater, ut te manibus suis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas. Aut numquid mendacium evangeliis exprobravit, dicens, viderit Matthaeus et Lucas: ceterum, ego ad ipsum Deum accessi, ipsum omnipotentem cominus tentavi. Ideo et accessi, ideo et tentavi. Ceterum, si filius Dei esset, nunquam illum fortasse dignarer. Sed enim ipse potius a primordio mendax est; et si quem hominem de suo suborniaverit, ut Praxean. Nam iste primus ex Asia hoc genus perversitatis intulit Romae; homo et alias inquietus; insuper de jactatione martyrii inflatus, ob solum et simplex et breve carceris taedium; quando etsi corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, cujus charismata quoque expugnavit. Nam idem tunc episcopum Romanum 2), agnoscentem

---

2) Victorem, ex historia litis de paschate satis notum, volunt fuisse; non tamen certo nomen episcopi Romani Montanistis faventis scimus.

jam prophetias Montani, Priscae, Maximillae, et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae et Phrygiae inferentem; falsa de ipsis prophetis et ecclesiis eorum adseverando et praecessorum ejus autoritates defendendo, coëgit et litteras pacis revocare jam emissas et a proposito recipiendorum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romae procuravit, prophetiam expulit, et haeresim intulit, Paracletum fugavit, et patrem crucifixit [3]). Fruticaverant avenae Praxeanae; hic quoque superseminatae, dormientibus multis in simplicitate doctrinae, traductae dehinc per quem Deus voluit, etiam evulsae videbantur. Denique caverat pristinum doctor de emendatione sua, et manet chirographum apud quos tunc gesta res est, exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio, disjunxit a Psychicis. Avenae vero illae utique tunc semen excusserant. Ita aliquamdiu per hypocrisin subdola vivacitate latitavit, et nunc denuo erupit. Sed et denuo eradicabitur, si voluerit Dominus, in isto commeatu; si quo minus, die suo colligentur omnes adulterae fruges, et cum ceteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur. (Cap. 2.) Itaque post tempus pater natus, et pater passus: ipse Deus, Dominus omnipo-

3) Docens patrem naturam humanam sibi junxisse, unde Patripassiani dicebantur.

tens, Jesus Christus praedicatur. Nos vero et semper et nunc magis, ut instructiores per paracletum, deductorem scilicet omnis veritatis, unicum quidem Deum credimus; sub hac tamen dispensatione quam oeconomiam dicimus; ut unici Dei sit et filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil; hunc missum a patre in virginem, et ex ea natum hominem et Deum, filium hominis et filium Dei, et cognominatum Jesum Christum, hunc passum, hunc mortuum, et sepultum secundum scripturas, et resuscitatum a patre, et in coelos resumtum, sedere ad dexteram patris, venturum judicare vivos et mortuos, qui exinde miserit, secundum promissionem suam, a patre Spiritum sanctum Paracletum, sanctificatorem fidei eorum qui credunt in patrem et filium et Spiritum sanctum.

De Monogamia Cap. 1—3.

I. Haeretici nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis, lex creatoris? Inter alienos spadones et perorigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo; proinde et te laedunt qui abutuntur, quemadmodum qui non utuntur. Verum neque continentia ejusmodi laudanda,

quia haeretica est; neque licentia defendenda, quia psychica est. Illa blasphemat, ista luxuriat. Illa destruit nuptiarum Deum, ista confundit. Penes nos autem, quos Spiritales merito dici facit agnitio spiritalium charismatum, continentia tam religiosa est, quam licentia verecunda, quandoquidem ambae cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat. Illa non cogitur, ista regitur. Illa arbitrium habet, haec modum. Unum matrimonium novimus, sicut unum Deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, ubi habet et pudorem. Sed Psychicis, non recipientibus spiritum, ea quae sunt spiritus non placent. Ita, dum quae sunt spiritus, non placent, ea quae sunt carnis, placebunt, ut contraria spiritui. Caro, inquit, adversus spiritum concupiscit, et spiritus adversus carnem. Quid autem concupiscet caro, quam quae magis carnis sunt? Propterquod et in primordio extranea spiritus facta est: Non, inquit, permanebit spiritus meus in istis hominibus in aevum, eo quod caro sint.

II. Itaque monogamiae disciplinam in haeresim exprobrant. Nec ulla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant novae disciplinae institutorem, et quidem durissimae illis, ut jam de hoc primum consistendum sit in generali retractatu, an capiat Paracletum aliquid tale docuisse, quod

aut novum deputari possit adversus catholicam traditionem, aut onerosum adversus levem sarcinam Domini? De utroque autem ipse Dominus pronuntiavit. Dicens enim, adhuc multa habeo quae loquor ad vos, sed nondum potestis portare ea; quum venerit Spiritus-sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem, satis utique praetendit ea acturum illum quae et nova existimari possint, ut nunquam retro edita, et aliquanto onerosa, ut idcirco non edita. Ergo, inquis, hac argumentatione quidvis novum et onerosum Paracleto adscribi poterit, etsi ab adversario spiritu fuerit. Non utique. Adversarius enim spiritus ex diversitate praedicationis appareret, primo regulam adulterans fidei et ita ordinem adulterans disciplinae; quia cujus gradus prior est, ejus corruptela antecedit, id est fidei, quae prior est disciplina. Ante quis de Deo haereticus sit necesse est, et tunc de instituto. Paracletus autem multa habens edocere, quae in illum distulit Dominus, secundum praefinitionem, ipsum primo Christum contestabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei creatoris, et ipsum glorificabit, et de ipso commemorabit; et sic de principali regula agnitus, illa multa quae sunt disciplinarum revelabit, fidem dicente pro eis integritate praedicationis, licet novis, quia nunc revelantur, licet onerosis, quia nec nunc sustinentur; non alterius tamen Christi, quam qui

habere se dixit, et alia multa, quae a Paracleto edocerentur; non minus istis onerosa, quam illis a quibus nondum tunc sustinebantur.

III. Sed an onerosa monogamia, viderit adhuc impudens infirmitas carnis. An autem nova, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus, etiamsi totam et solidam virginitatem sive continentiam Paracletus hodie determinasset, ut ne unis quidem nuptiis fervorem carnis despumare permitteret, sic quoque nihil novi inducere videretur; ipso Domino spadonibus aperiente regna coelorum, ut et ipso spadone, ad quem spectans et apostolus propterea et ipse castratus, continentiam mavult. Sed salvo, inquis, jure nubendi. Plane salvo; et videbimus quousque; nihilominus jam ex ea parte destructo, qua continentiam praefert. Bonum, inquit, homini mulierem non contingere. Ergo malum est contingere. Nihil enim bono contrarium, nisi malum. Ideoque superesse, ut et qui habeant uxores, sic sint, quasi non habeant; quo magis qui non habent, habere non debeant.

Nunc si et absolute apostolus permisisset in fide amisso matrimonio nubere, proinde fecisset quemadmodum et cetera, quae adversus formam regulae suae pro conditione temporum gessit, circumcidens Timotheum propter superinductitios falsos fratres; et rasos quosdam inducens in templum propter observationem Judaeorum: ille qui Galatas in lege volentes agere, castigat. Sed ita res exigebant, ut omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret, parturiens illos, donec formaretur Christus in ipsis, et calefaciens tanquam nutrix parvulos fidei, docendo quaedam per veniam, non per imperium, (aliud est enim indulgere, aliud jubere:) proinde temporalem licentiam permittens denuo nubendi propter infirmitatem carnis, quemadmodum Moyses repudiandi propter duritiam cordis. Et hic itaque reddemus supplementum sensus istius. Christus abstulit, quod Moyses praecepit, quia ab initio non fuit sic, nec sic ideo ab alia venisse virtute reputabitur Christus, cur non et Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit? quia et secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspectus habendus sit, quasi spiritus alienus, tantum ut Deo et Christo dignum sit quod superducitur? Si Deo et Christo dignum fuit, duritiam cordis tempore expleto compescere, cur non dignius

sit et Deo et Christo infirmitatem carnis tempore jam collectiore discutere? Si justum est, matrimonium non separari, utique et non iterari honestum est. Denique apud saeculum utrumque in bona disciplina deputatur, aliud concordiae nomine, aliud pudicitiae. Regnavit duritia cordis usque ad Christum, regnaverit et infirmitas carnis usque ad Paracletum. Nova lex abstulit repudium, habuit quod auferret. Nova prophetia, secundum matrimonium, non minus repudium prioris. Sed facilius duritia cordis Christo cessit, quam infirmitas carnis. Plus haec sibi Paulum defendit, quam illa Moysen, si tamen defendit quum indulgentem eum captat, praescribentem recusat; quae potiores sententias et perpetuas voluntates ejus eludit; quae non sinet nos hoc apostolo praestare, quod mavult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseverabit? Tempus ejus donec Paracletus operaretur fuit, in quem dilata sunt a Domino, quae tunc sustineri non poterant, quae jam nemini competit portare non posse; quia per quem datur portare posse, non deest. Quamdiu causabimur carnem? quia dixit Dominus, caro infirma. Sed praemisit et Spiritus promptus, ut vincat Spiritus carnem, ut cedat quod infirmum est fortiori. Nam et, qui potest capere, capiat, inquit; id est, qui non potest, discedat. Discessit et ille dives, qui non ceperat

substantiae dividendae egenis praeceptum, et dimissus est sententiae suae a Domino. Nec ideo duritia imputabitur Christo de arbitrii cujuscunque liberi vitio: Ecce, inquit, posui ante te bonum et malum, elige quod bonum est; si non potes, quia non vis (posse enim te, si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit), discedas oportet, ab eo, cujus non facis voluntatem.

De jejuniis cap. 1. 2.

I. Mirarer Psychicos, si sola luxuria tenderentur, qua saepius nubunt, et non etiam ingluvie lacerarentur, qua jejunia oderunt; monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cum duo haec tam unita atque concreta sint, ut si disjungi omnino potuissent, ipsi prius ventri pudenda non adhaererent. Specta corpus, et una regio est; denique pro dispositione membrorum, ordo vitiorum; prior venter, et statim cetera saginae substructa lascivia est; per edacitatem salacitas transit. Agnosco igitur animalem fidem studio carnis, qua tota constat, tam multivorantiae quam multinubentiae pronam, ut merito spiritalem disciplinam pro substantia aemulam, in hac quoque specie continentiae accuset, proinde gulae frenos induentem per nullas interdum vel seras vel aridas escas, quemadmodum et libidine per uni-

unicas nuptias. Piget jam cum talibus congredi, pudet et jam de eis altercari, quorum nec defensio verecunda est. Quomodo enim protegam castitatem et sobrietatem sine taxatione adversariorum? quinam isti sint semel nominabo, exteriores et interiores botuli Psychicorum. Hi Paracleto controversiam faciunt; propter hoc novae prophetiae recusantur; non quod alium Deum praedicent Montanus et Priscilla et Maximilla, nec quod Jesum Christum solvant, nec quod aliquam fidei aut spei regulam evertant, sed quod plane doceant saepius jejunare, quam nubere. De modo quidem nubendi jam edidimus monogamiae defensionem, nunc de castigatione victus, secunda, vel magis prima continentiae pugna est. Arguunt nos quod jejunia propria custodiamus, quod stationes [4]) plerumque in vesperam producamus, quod etiam xerophagias [5]) observemus, siccantes cibum ab omni carne, et omni jurulentia, et vividioribus quibusque pomis; ne quid vinositatis vel edamus vel potemus; lavacri quoque abstinen-

---

4) Stationes dicebantur feria quarta et sexta, quibus *sponte* ad horam nonam jejunare solebant Christiani; Montanistae quemlibet ad vesperam *debere* in jejunio manere voluerunt. Nomen *statio* a militia Christiana derivandum est; exercitus erat Christianorum turba Christo duce pugnans.

5) Xerophagiae dicebantur severiora Cataphrygum jejunia, quae nil nisi siccos cibos concedebant, ut ipse Tertullianus exponit.

tiam, congruentem arido victui. Novitatem igitur objectant, de cujus illicito praescribant, aut haeresin judicandam, si humana praesumptio est, aut pseudoprophetiam pronuntiandam, si spiritalis indictio est, dum quaqua ex parte anathema audiamus, qui aliter adnuntiamus.

II. Nam quod ad jejunia pertineat, certos dies a Deo constitutos opponunt; ut cum in Levitico praecipit Dominus Moysi decimam mensis septimi diem placationis, Sancta, inquiens, erit vobis dies, et vexabitis animas vestras, et omnis anima, quae vexata non fuerit illa die, exterminabitur de populo suo. Certe in evangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus, et hos esse jam solos legitimos jejuniorum Christianorum, abolitis legalibus et propheticis vetustatibus. Ubi volunt enim, agnoscunt quid sapiat, lex et prophetae usque ad Joannem. Itaque de cetero differenter jejunandum ex arbitrio non ex imperio novae disciplinae pro temporibus et causis uniuscujusque. Sic et Apostolos observasse, nullum aliud imponentes jugum certorum et in commune omnibus obeundorum jejuniorum, proinde nec stationum, quae et ipsae suos quidem dies habeant, quartae feriae et sextae; passive tamen currant, neque sub lege praecepti, neque ultra supremam diei, quando

et orationes fere hora nona concludat de Petri exemplo, quod actis refertur. Xerophagias vero novum affectari officii nomen, et proximum ethnicae superstitioni; quales castimoniae Apim, Isidem, et magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant; cum fides libera in Christo ne judaicae quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, semel in totum macellum ab Apostolo admissa, detestatore eorum qui sicut nubere prohibeant, ita jubeant cibis abstinere a Deo conditis, et ideo nos esse jam tunc praenotatos in novissimis temporibus abscedentes a fide, intendentes spiritibus mundi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum inustam habentes conscientiam. Quibus oro te ignibus? credo quibus nuptias saepe deducimus et coenas quotidie coquimus. Sic et cum Galatis nos quoque percuti ajunt observatores dierum et mensium et annorum. Iaculantur interea et Jesaiam pronuntiasse: non tale jejunium Deus elegit; id est, non abstinentiam cibi, sed opera justitiae, quae subtexit. Et ipsum Dominum in evangelio ad omnem circa victum scrupulositatem compendio respondisse, non his communicari hominem, quae in os inferantur, sed quae ex ore proferantur, cum et ipse manducaret et biberet usque in notationem: ecce homo vorator et potator. Sic et Apostolum docere, quod esca nos Deo

non commendet, neque abundantes si edamus, neque deficientes si non edamus.

De jejuniis cap. 13. 14

13. Praescribitis constituta esse solennia huic fidei scripturis vel traditione majorum, nihilque observationis amplius adjiciendum, ob illicitum innovationis. State in isto gradu si potestis. Ecce enim convenio vos et praeter Pascha jejunantes, citra illos dies quibus ablatus est sponsus, et stationum semijejunia interponentes, et vero interdum pane et aqua victitantes, ut cuique visum est. Denique respondetis haec ex arbitrio agenda, non ex imperio. Movistis igitur gradum, excedendo traditionem, cum quae non sint constituta obitis. Quale est autem, ut tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei non das? plus humanae licebit voluntati, quam divinae potestati? Ego me saeculo non Deo liberum memini: sic meum est ultro officium facere Domino, sicut indicere illius est; non tantum obsequi ei debeo, sed et adulari: illud enim imperio ejus, hoc arbitrio meo praesto. Bene autem quod et episcopi universae plebi mandare jejunia assolent; non dico de industria stipium conferendarum, ut vestrae capturae est; sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa. Itaque si et ex hominis

edicto, et in unum omnes ταπεινοφρόνησιν agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque unitatem jejunationum et xerophagiarum et stationum donotatis? nisi fortè in senatusconsulta, et in principum mandata coitionibus opposita delinquimus. Spiritus sanctus, cum in quibus vellet terris, et per quos vellet praedicaret, ex providentia imminentium, sive ecclesiasticarum tentationum, sive mundialium plagarum, qua Paracletus, id est advocatus, ad exorandum judicem, hujusmodi officiorum remedia mandabat. Puta nunc, ad exercendam sobrietatis et abstinentiae disciplinam. Hunc qui recipimus, necessariò etiam quae tunc constituit observamus. Adspice ad judaicos fastos, et invenies nihil novum, si quae patribus sunt praecepta, omnis deinceps posteritas hereditaria religione custodit. Aguntur praeterea per Graecias illa certis in locis concilia ex universis ecclesiis, per quae et altiora quaeque in commune tractantur, et ipsa repraesentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum fide auspicante congregari undique ad Christum? Vide quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Hoc tu psallere non facile nosti, nisi quo tempore cum compluribus coenas. Conventus autem illi stationibus prius et jejunationibus operati; dolere cum dolentibus et ita demum congaudere gaudentibus norunt. Si et ista solennia, qui-

bus tunc praesens patrocinatus est sermo, nos quoque in diversis provinciis fungimur in spiritu invicem repraesentati, lex est sacramenti.

14. Horum igitur tempora observantes, et dies et menses et annos galaticamur. Plane si judaicarum ceremoniarum, si legalium solennitatum observantes sumus: illas enim apostolus dedocet, compescens veteris Testamenti in Christo sepulti perseverantiam, et novi sistens. Quod si nova conditio in Christo, jam nova et solennia esse debebunt, aut si omnem in totum devotionem temporum et dierum et mensium et annorum erasit apostolus, cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus, et jejuniis parasceuen? quamquam vos etiam sabbatum, si quando continuatis, nunquam nisi in Pascha jejunandum, secundum rationem alibi redditam, nobis certe omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur. Nec ergo apud apostolum differentiae ratio, distinguentem nova et vetera.

De pudicitia.

Ex cap. 1. Audio edictum esse propositum et quidem peremptorium. Pontifex scilicet Maximus, quod est, episcopus episcoporum [1]), edicit: Ego et moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto. O edictum, cui adscribi non poterit, bonum factum! Et ubi proponetur liberalitas ista? Ibidem, opinor, in ipsis libidinum januis, sub ipsis libidinum titulis. Illic ejusmodi poenitentia promulganda est, ubi delinquentia ipsa versabitur. Illic legenda est venia, quo cum spe ejus intrabitur. Sed hoc in ecclesia legitur, et in ecclesia pronuntiatur et virgo est? Absit, absit a sponsa Christi tale praeconium. Illa quae vera est, quae pudica, quae sancta, carebit etiam aurium maculis. Non habet quibus hoc repromittat, et si habuerit, non repromittit; quoniam et terrenum Dei templum citius spelunca latronum appellari potuit a Domino, quam moechorum et fornicatorum. Erit igitur et hic adversus Psychicos titulus, adversus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis objectent. Numquam societatis repudium delicti praejudicium est; quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando

1) Episcopus Romanus sine dubio; nomen episcopi ignoratur.

veritas cum paucis ametur. At enim me non magis dedecorabit utilis levitas, quam ornarit nocens. Non suffundor errore, quo carui, quia caruisse delector, quia meliorem me et pudiciorem recognosco. Nemo proficiens erubescit. Habet et in Christo scientia aetates suas, per quas et devolutus est apostolus. Quum parvulus, inquit, essem, tanquam parvulus loquebar, tanquam parvulus sapiebam. At ubi vir sum factus, ea quae parvuli fuerant evacuavi. Adeo divertit a sententiis pristinis, nec idcirco deliquit, quod aemulator factus est non paternarum traditionum, sed Christianarum; optans etiam ut praeciderentur, qui circumcisionem detinendam suadebant. Atque utinam et isti, qui meram et veram integritatem carnis obtruncant, amputantes non summam superficiem, sed intimam effigiem pudoris ipsius, quum moechis et fornicatoribus veniam pollicentur adversus principalem Christiani nominis disciplinam, quam ipsum quoque seculum usque adeo testatur, ut, si quando, eam in feminis nostris inquinamentis potius carnis, quam tormentis punire contendat[2]), id volens eripere, quod vitae anteponant. Sed jam haec gloria extinguitur et quidem per eos, quos tanto constantius oportuerat ejusmodi

2) Cf. hac de re historia Potamiaenae supra p. 82. quam Proconsul gladiatoribus ἐφ' ὕβρει τοῦ σώματος traditum iri minatur.

A

maculis nullam subscribere veniam, quanto propterea quoties volunt, nubunt, ne moechiae et fornicationi succidere cogantur: quoniam melius est nubere, quam uri. Nimirum propter continentiam incontinentia necessaria est, incendium ignibus extinguetur. Cur ergo et crimina postmodum indulgent poenitentiae nomine 3), quorum remedia prae-

3) Quod Tertullianus hoc loco reprehendit, ipse docuerat, antequam ad Cataphrygum partes transiisset; in libro de poenitentia. Scribit cap. 7. „Piget secundae, imo jam ultimae spei subtexere mentionem; ne retractantes de residuo auxilio poenitendi, spatium adhuc delinquendi demonstrare videamur. Absit ut aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad poenitendum, et redundantia coelestis clementiae, libidinem faciat humanae temeritatis. Nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est; toties delinquendo, quoties ignoscitur." Et paucis intermissis: „Haec (concupiscentiae carnalis illecebras) providens Deus, clausa licet ignoscentiae janua et intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permisit patere. Collocavit in vestibulo poenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat; sed jam semel, quia jam secundo, sed amplius nunquam, quia proxime frustra. Non enim et hoc semel satis est? Habes quod jam merebaris, amisisti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia Dei accommodat unde restituas quod amiseras, iterato beneficio gratus esto, nedum ampliato; majus enim est restituere quam dare, quoniam miserius est perdidisse quam omnino non accepisse. Verum non statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis poenitentiae debitor fuerit; pigeat sane peccare rursus, sed rursus poenitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat. Iteratae valetudinis iteranda medicina est. Gratus in Dominum extiteris, si quod tibi Dominus offert, non recusaveris. Offendisti, sed reconciliari adhuc potes. Habes cui satisfacias, et quidem volentem. Id si dubitas, evolve quae spiritus ecclesiis dicat; desertam dilectionem Ephesiis imputat; stuprum et idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat cet. et tamen omnes ad poenitentiam commovet; sub com-

stituunt multinubentiae jure? Nam et remedia vacabunt, cum crimina indulgentur; et crimina manebunt, si remedia vacabunt. Itaque utrobique de sollicitudine et negligentia ludunt, praecavendo vanissime, quibus parcunt, et parcendo ineptissime quibus praecaverunt, cum aut praecavendum non sit, ubi parcitur; aut parcendum non sit, ubi praecavetur. Praecavent enim quasi nolint admitti tale quid; indulgent autem, quasi velint admitti; quando si admitti nolint, non debeant indulgere; si indulgere velint, non debeant praecavere. Nec enim moechia et fornicatio de modicis et de maximis delictis deputabuntur, ut utrumque competat et sollicitudo quae praecavet, et securitas, quae indulget; sed cum ea sint quae culmen criminum teneant non capit et indulgeri quasi modica, et praecaveri quasi maxima. Nobis autem maxima aut summa sic quoque praecaventur, dum nec secundas quidem post fidem nuptias permittitur nosse, nuptialibus et dotalibus si forte tabulis a moechiae et fornicationis opere diversas. Et ideo durissime nos infamantes Paracletum disciplinae enormitate, digamos foris sistimus, eundem limitem liminis moechis quoque et fornicatoribus figimus, jejunas pacis 4) lacrimas

---

minationibus quidem, non comminaretur autem non poenitenti, si non ignosceret poenitenti.

4) Jejunas pacis h. e. sine pacis spe.

profusuris, nec amplius ab ecclesia quam publicationem dedecoris relaturis.

2. Ceterum Deus, inquiunt, bonus et optimus, et misericors et miserator et misericordiae plurimus, quam omni sacrificio anteponit, non tanti ducens peccatoris mortem, quam poenitentiam, salvificator omnium hominum et maxime fidelium. Itaque et filios Dei misericordes et pacificos esse oportebit, donantes invicem sicut et Christus donavit nobis; non judicantes, ne judicemur. Domino enim suo stat quis vel cadit; tu, quis es, ut servum judices alienum? dimitte et dimittetur tibi. Talia et tanta futilia eorum, quibus et Deo adulantur, et sibi lenocinantur, effeminantia magis, quam vigorantia disciplinam. Quantis et nos et contrariis possumus repercutere, quae et Dei severitatem intentent et nostram constantiam provocent. Quia etsi bonus natura Deus, tamen et justus. Ex causa enim, sicut sanare novit, ita et caedere; faciens pacem, sed et condens mala; poenitentiam malens, sed et Jeremiae mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur. Quoniam si jejunaverint, inquit, non exaudiam obsecrationem eorum. cet. — Judicare Dominus non prohibuit sed docuit. Unde et apostolus judicat et quidem in causa fornicationis dedendum esse ejusmodi hominem Satanae in interitum carnis, increpans etiam, quod fratres non apud sanctos judicarentur. Adjiciens

enim inquit: ut quid mihi eos qui foris sunt judicare. Dimittis autem ut tibi dimittatur a Deo. Delicta mundantur, quae quis in fratrem non Deum admiserit. Debitoribus denique dimissuros nos in oratione profitemur. Sed non decet ultra de auctoritate scripturarum ejusmodi funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere, ut haec restringere frenos disciplinae, illa laxare videantur, quasi incertae et poenitentiae subsidium, illa prosternere per lenitatem, haec negare per austeritatem. Porro et scripturae autoritas in suis terminis stabit, sine alterutra oppositione, si et poenitentiae subsidium suis conditionibus determinatur sine passiva concessione, et ipsae prius causae ejus distinguantur sine confusa propositione. Causas poenitentiae delicta condicimus. Haec dividimus in duos exitus. Alia erunt remissibilia, alia irremissibilia. Secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia expungit, aut poena; venia ex castigatione, poena ex damnatione. De ista differentia jam et quasdam praemisimus altercationes scripturarum, hinc retinentium hinc dimittentium delicta. Sed et Joannes docebit: si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit et dabitur vita ei, quia non ad mortem delinquit; hoc erit remissibile. Est delictum ad mortem, non pro illo dico ut quis postu-

let; hoc erit irremissibile. Ita, ubi est conditio vel ratio postulationis, illic etiam remissionis; ubi nec postulationis, ibi aeque nec remissionis. Secundum hanc differentiam delictorum, poenitentiae quoque conditio discriminatur.

Cap. 21. Exhibe mihi, apostolice, prophetica exempla et vindica tibi delictorum ejuscemodi [5]) remittendorum potestatem. Quod si disciplinae solius officia sortitus es, nec imperio praesidere sed ministerio, quis aut quantus es indulgere? qui neque prophetam nec apostolum exhibens, cares ea virtute cujus est indulgere. Sed habet, inquis, potestatem ecclesia delicta donandi. Hoc ego magis et agnosco et dispono, qui ipsum Paracletum in prophetis novis habeo dicentem: potest ecclesia donare delictum, sed non faciam, ne et alia delinquant. Quid pseudopropheticus spiritus pronuntiavit? Atqui magis eversoris fuisset, et semetipsum de clementia commendare et ceteros ad delinquentiam temperare. Aut si et hoc secundum spiritum veritatis adfectare gestivit; ergo spiritus veritatis potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurium malo non vult. De tua nunc sententia

---

5) Intelligit peccata mortalia, quae in Deum admissa sunt et in ejus templum, ut paulo ante scribit Tertullianus. „Quae in te reatum habent, addit, etiam septuagies septies juberis indulgere in persona Petri.“

quaero, unde hoc jus ecclesiae usurpes. Si quia dixerit Petro Dominus: super hanc petram aedificabo ecclesiam meam cet. (Jam ostendere studet autor, fuisse manifestam Domini intentionem, ut ait, personaliter hoc Petro conferendi, et paulo post ita pergit:) Adeo nihil ad delicta fidelium capitalia potestas solvendi et alligandi Petro emancipata. Cui si praeceperat Dominus etiam septuagies septies delinquenti in eum fratri indulgere; utique nihil postea alligare hoc est retinere mandasset, nisi forte ea quae in Dominum, non in fratrem quis admiserit. Praejudicatur enim non dimittenda in Deum delicta, quum in homine admissa donantur. Quid nunc et ad ecclesiam, et quidem tuam Psychice? Secundum enim Petri personam spiritalibus conveniet potestas ista, aut apostolo, aut prophetae. Nam et ecclesia proprie et principaliter ipse est spiritus in quo est trinitas unius divinitatis, pater et filius et spiritus sanctus. Illam ecclesiam congregat, quam Dominus in tribus posuit. Atque ita exinde etiam numerus omnis, qui in hanc fidem conspiraverint, ecclesia ab autore et consecratore censetur. Et ideo ecclesia quidem delicta donabit; sed ecclesia Spiritus per spiritalem hominem, non ecclesia numerus episcoporum. Domini enim non famuli est jus et arbitrium, Dei ipsius, non sacerdotis.

Cap. 22. At tu jam et in martyras tuos effundis hanc potestatem, ut quisque ex consensione vincula induit adhuc mollia, in novo custodiae nomine, statim ambiunt moechi, statim adeunt fornicatores, jam preces circumsonant, jam lacrimae circumstagnant maculati cujusque, nec ulli magis aditum carceris redimunt, quam qui ecclesiam perdiderunt.

VII.

FRAGMENTUM EPISTOLAE POLYCRATIS AD VICTOREM DE PASCHATE.

(*Ex Euseb. H. E.* V, 24.)

Seculo secundo exeunte inter Polycratem, ecclesiae Ephesinae episcopum et Victorem Romanae de tempore paschatis disceptabatur. Victor a Polycrate petierat ut synodum convocaret Asiae episcoporum, atque hac epistola cujus fragmentum jam exhibemus, sententias episcoporum Victori scribit Polycrates; qui consenserant

retinendam esse veterem ecclesiae Asianae consuetudinem.

Ἡμεῖς οὖν ἀραδιούργητον [1]) ἄγομεν τὴν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες μήτε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει· καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκὼς [2]) καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος, ὁ ἐν Σμύρνῃ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν, ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται· ἔτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον τὸν, ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν,

---

1) ἀῤῥαδιούργητος vox lexicis et glossariis ignota. Rufinus vertit: intemeratus, Hieronymus: inviolabilis.

2) πέταλον lamina aurata, quam in fronte gerebat pontifex Judaeorum cf. Exod. 25, 36—39. Christianorum episcopos hoc pontificum Judaicorum insigne interdum gestasse probabile est.

πὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν· ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν τῶν Ἰουδαίων ὁ λαὸς ἤρνυε τὴν ζύμην. Ἐγὼ οὖν, ἀδελφοί, ἑξήκοντα καὶ πέντε ἔτη ἔχων ἐν κυρίῳ καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς καὶ πᾶσαν ἁγίαν γραφὴν διεληλυθώς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις [3]). Οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις.

Τούτοις ἐπιφέρει περὶ τῶν γράφοντι συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων·

Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην. Ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον, συνευδόκη-

3) Minatus itaque erat Victor illa epistola, in qua petierat ut Polycrates concilium convocaret, se eum segregaturum a communione, nisi sententiam de tempore paschatis celebrandi mutaret.

σαν τῇ ἐπιστολῇ, εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι.

VIII.

FRAGMENTA EPISTOLAE IRENAEI AD VICTOREM DE PASCHATE.

(Ex Euseb. H. E. V, 24.)

Victor illa Polycratis epistola accepta eum cum reliquis Asianis, veterem consuetudinem retinentibus, a communione segregavit. Permulti immoderatum Victoris animum castigabant epistolis, quae Eusebii tempore adhuc legebantur, e quibus non nisi hujus epistolae Irenaei τοῦ εἰρηνοποιοῦ fragmenta nobiscum communicavit, quae prioris inter Polycarpum et Anicetum litis de paschate mentionem faciunt.

Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτε-

ρινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν [1]). Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων· καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι.

---

